8—9. *castigando* lässt ein anderes Prädicat als *orare* erwarten, welches (etwa *incitare*, *impellere*) entweder zu ergänzen, oder ein Anacoluth anzunehmen ist, vgl. 3, 12, 8. — *totus v.*, 25, 16, 19. — *leviorem*, 5, 15, 12. — *fortunae e. d.*, der unglückliche Ausgang des Schlachttages, gehört sowol zu *reum*, der dafür verantwortlich sei, als zu *crimine.* — *temeritatis* etc., s. Cic. Lael. 11, 37: *nec se comitem illius furoris sed ducem praebuit. temeritas* und *prudentia* stehen nachdrücklicher für die Personen. — *sentiam*, muss ich tragen, s. 2, 45, 13; 3, 21, 4 u. a.

10—11. *in fluct. aciem*, für die ins Schwanken gerathene Schlachtreihe, s. c. 13, 3; 37, 15, 7: *in duas res id usui fore*; 34, 6, 6: *alia in secundam alia in adversam tempestatem usui sunt.* — *tradi*, n. *calonibus:* abzugeben, ist mit dem Folg. eng zu verbinden: nach Abgabe der

et pedestri pugna invadere hostem. eunt insignes armis animis-
que, qua premi parte maxime peditum copias vident. nihil neque
apud duces neque apud milites remittitur a summo certamine
11 animi. sensit ergo eventus virtutis enixae opem, et Volsci, qua
modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi magna
pars et in ipso certamine et post in fuga caesi, ceteri in castris,
quae capta eodem impetu sunt: plures tamen capti quam occisi.

25 Ubi in recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscita-
rentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur, percontantibusque
2 fassi publico consilio se militasse. cuius tam vicini belli metu
Camillus motus extemplo se Romam captivos ducturum ait, ne
patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse. castris exer-
3 cituique interim, si videatur, praesit collega. documento unus
dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret. nec tamen aut
ipsi aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus
culpam eius videbatur, qua data in tam praecipitem casum res
4 publica esset, et cum in exercitu tum Romae constans omnium
fama erat, cum varia fortuna in Vulscis gesta res esset, adversae
pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne pe-
5 nes M. Furium esse. introductis in senatum captivis cum bello
persequendos Tusculanos patres censuissent, Camilloque id bel-
lum mandassent, adiutorem sibi ad eam rem unum petit; per-
missoque, ut ex collegis optaret quem vellet, contra spem omnium
6 L. Furium optavit. qua moderatione animi cum collegae levavit
infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. nec fuit cum Tus-
culanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam
7 armis non poterant. intrantibus fines Romanis non demigratum

Pferde zu Fusse u. s. w. Ueber den Wechsel *tradi* — *invadere*, s. 5, 43, 5. — *qua*, 8, 36, 9. — *sensit*, vgl. 9, 37, 1: *ora senserat:* ib. 41, 8 u. a. — *eventus*, personificirt, wie 3, 68, 7: *bellum scandet;* 8, 3, 7: *fortuna* u. a. — *simulato*, s. c. 24, 4. *tamen* soll *ceteri* (n. *caesi*) beschränken. Da Camillus nicht triumphirt, so hält Nieb. R. G. 2, 658 den ganzen Sieg für erdichtet.

25—26. Zug gegen Tusculum. Dion. 14, 9; 11; Dio Cass. frg. 28; Plut. 38; Val. Max. 7, 3, 9.

1—3. *Ubi* = *in quibus*. — *secreti*, 4, 27, 8. — *percont.*, n. *iis*, s. 23, 10, 9; zur Sache c. 13, 8. — *publico c.*, Tusculum bricht das Bündniss mit Rom, 2, 33, und schliesst sich den Feinden desselben an, vgl. c. 21, 2. — *si videatur*, Höflichkeitsform gegen den gleichgestellten Collegen, vgl. 34, 46, 5; 26, 16, 4. — *in praec. c.*, s. 27, 27, 11.

5—6. *patres cens.*, der Senat beschliesst allein den Krieg, weil hier ein Bundesbruch vorlag, oder der Volksbeschluss ist unerwähnt gelassen, s. c. 14, 1. — *adiutorem*, c. 22, 6. — *optaret*, wählte, wie in *optio, cooptare*. — *permisso*, 1, 53, 1; 10, 36, 6: *edicto;* 9, 16, 5: *impetrato;* 23, 14, 2: *lato* u. a. — *moderat.*, 4, 41, 7. — *poterant*, das Urtheil des L., dass sie damals oder überhaupt es nicht vermocht hätten.

ex propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermissus, patentibus portis urbis togati obviam frequentes imperatoribus processere, commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur. Camillus castris ante portas positis, eademne 8
forma pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset, scire cupiens, ingressus urbem ubi patentes ianuas et tabernis 9
apertis proposita omnia in medio vidit, intentosque opifices suo quemque operi, et ludos litterarum strepere discentium vocibus, ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum huc atque illuc euntium, qua quemque suorum usuum causae ferrent, nihil usquam non pavidis modo sed ne mirantibus quidem simile, 10
circumspiciebat omnia inquirens oculis, ubinam bellum fuisset: adeo nec amotae rei usquam nec oblatae ad tempus vestigium 11
ullum erat, sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri posset.

Victus igitur patientia hostium senatum eorum vocari iussit. **26**

7. *intrantibus*, s. 1, 23, 10; ib. 8. 5. — *itineris l.*, die Orte, die zu der Strasse als benachbarte gehörten, s. c. 24, 9; 4, 55, 5; 3, 38, 9; Drakenb. vermuthet *itineri*. — *togati*, wie in Rom. — *Camillus*, alle Erscheinungen des Friedens sind in verschiedenen Formen, Particip, Infinitiv, Adjectiv, in anaphorischer: *patentes* — *intentos* — *repletos*, und chiastischer Ordnung: *cupiens, ingressus; strepere*, *simile* in der Periode zusammengefasst. — *scire*, 2, 11, 6.

9. *tabernis*, wie auf dem Forum zu Rom, 1, 35; 3, 48. — *propos. o. in med.*, vor Aller Augen (zum Verkaufe) aufgestellt. — *ludos litt.*, wo sich die Kinder im Lesen übten, 3, 44. — *discentium*, praef. 4. Zu *strepere* ist das passende Prädicat aus *vidit* zu entnehmen, vgl. 10, 34, 6. — *inter vulgus al.*, mitten unter den Leuten, die sich sonst auf der Strasse herumtrieben, 4, 41, 8. — *puerorum et m.*, mit *repletus* verbunden, welches, wie die übrigen Wörter der Fülle, hier den Genitiv, sonst bei L. wie bei Anderen den Ablat. hat, z. §437 A. 2. Das offene Herumgehen der Kinder und Frauen, die am ersten der Misshandlung ausgesetzt waren, s. 2, 40, 8, musste als das sicherste Zeichen des Friedens gelten. — *quemque* hat sich hier an *qua* angeschlossen und ist so vor *suorum* getreten, vgl. vorher *suo quemque*, 5, 20, 8.

10—11. *pavidis* — *simile*, s. 8, 18, 11; 2, 13, 8. Ueber das Neutrum 4, 51, 6. — *adeo* etc. geht darauf, dass Cam. sich umsonst nach Zeichen des Krieges umgesehen habe, was durch: *ubinam* — *fuisset* angedeutet ist. — *ad tempus*, wie es die Verhältnisse zu fordern schienen, um die Römer zu täuschen, 3, 64, 4; 28, 42, 5. — *constanti tr. pa.* = *omnia tranquilla const. p. n. erant*, s. praef. 5; auch sonst vermeidet L. nicht immer Zweideutigkeit, 2, 4, 2: *quorum vestutate memoria;* 6, 38, 5 *quanto* u. a. — Wie alle hier geschilderten Verhältnisse haben eintreten können, wenn nach dem Fetialrechte, 1, 32, verfahren, und der Krieg förmlich angesagt gewesen wäre, s. c. 26, 4; 7: *bellum indixistis*, ist nicht abzusehen, und wol anzunehmen, dass auch diese Scenen durch die Sage ausgeschmückt seien.

26. 1—2. *patientia*, Unterwür-

„soli adhuc“ inquit, „Tusculani, vera arma verasque vires, quibus
2 ab ira Romanorum vestra tutaremini, invenistis. ite Romam ad senatum. aestimabunt patres, utrum plus ante poenae an nunc veniae meriti sitis. non praecipiam gratiam publici beneficii: deprecandi potestatem a me habueritis; precibus eventum vestris
3 senatus, quem videbitur, dabit.“ postquam Romam Tusculani venerunt, senatusque paulo ante fidelium sociorum maestus in vestibulo curiae est conspectus, moti extemplo patres vocari eos
4 iam tum hospitaliter magis quam hostiliter iussere. dictator Tusculanus ita verba fecit: „quibus bellum indixistis intulistisque, patres conscripti, sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo curiae vestrae, ita armati paratique obviam imperatoribus legioni-
5 busque vestris processimus. hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit eritque semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma acceperimus. gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus, quod oculis magis quam auribus crediderunt, et ubi nihil hostile
6 erat, ne ipsi quidem fecerunt. pacem quam nos praestitimus, eam a vobis petimus: bellum eo, sicubi est, avertatis precamur; in nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiundum est, inermes experiemur. haec mens nostra est, dii inmortales fa-
7 ciant, tam felix quam pia. quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixistis, etsi revicta rebus verbis confutare nihil attinet, tamen, etiam si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evi-

figkeit. — *tutaremini* hat sich an *Tusculani* angeschlossen, obgleich *soli* ein allgemeines Prädicat: *quibus resisti posset* erwarten liess. — *non praecip.*, 22, 38, 11: *se — ea ante tempus — praecepturum.* Obgleich die Feldherrn die Vollmacht haben vorläufige Anordnungen zu treffen, so überlässt doch Cam. die ganze Angelegenheit dem Senate, damit dessen Milde erkannt werden könne. — *quem vid.*, der zu *videbitur* nöthige Begriff ist aus *dabit* zu entnehmen, 3, 41, 4; 23, 34, 12.

3—4. *senatus*, der ganze Senat, nicht wie sonst einzelne Abgeordnete. — *hospitaliter — hostil.*, 1, 58, 8. — *dictator*, 3, 18, 2, Mommsen 1, 315. — *sicut — stantes*, ebenso friedlich, in eben dem Aufzuge; der Nachdruck liegt auf *sicut.* — *in vestib.*, 2, 48, 10; 5, 41, 8; nur der Dictator ist in der Curie, s. 7, 31, 5.

5—6. *noster — plebis*, zwei Stände wie zu Rom werden auch sonst in den lat. Städten erwähnt, 4, 9f.; 1, 28, 7. — *nisi si*, vollständig: *nisi quando arma capienda sunt*, *si a vobis.* — *a vobis*, wie später die *socii*, Unterthanen, s. c. 10, 6; 3, 4, 11. — *ubi* = *apud quos*, vor *ne* ist in gleichem Sinne *ibi* zu denken. — *auribus*, den Aussagen der Gefangenen, c. 25, 1. — *eo*, *sic. est*, verkürzt statt *eo, ubi est, sicubi est.* — *felix* (*sit*) *quam pia* (*est*).

7. *attinet — attinet*, in verschiedener Bedeutung. — *etsi — etiam si*, obgleich es unnütz ist durch Worte zu widerlegen, was durch Thatsachen zurückgewiesen ist, wir also eine Schuld nicht mehr einzugestehen haben, so halten wir es

denter paenituerit, tutum censemus. peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satisfiat." tantum fere verborum ab Tusculanis 8 factum. pacem in praesentia nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. ab Tusculo legiones reductae.

Camillus, consilio et virtute in Vulsco bello, felicitate in Tu- 27 sculana expeditione, utrubique singulari adversus collegam patientia et moderatione insignis, magistratu abiit creatis tribunis 2 militaribus in insequentem annum L. et P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium, et Gaio Sergio tertium Lucio Menenio iterum Publio Papirio Servio Cornelio Maluginense. censoribus 3 quoque eguit annus maxime propter incertam famam aeris alieni,

doch sogar für ungefährlich das Geständniss abzulegen, wenn die Anschuldigungen gegründet sein sollten. Der Gedanke ist dadurch verdunkelt, dass *tamen* sich nicht sowol auf den mit *etsi* eingeleiteten Satz bezieht, als auf eine Folgerung aus demselben, vgl. c. 18, 5. — *dum*, wenn nur, nur dass.

8. *pacem* durch den Senat; die *civitas*, c. 33, durch das Volk, noch vor 378 a. u. — *civitat.*, wahrscheinlich hat L., wie Dion. c. 9: *πολιτείαν ἔγνωσαν τοῖς κρατηθεῖσι χαρίσασθαι, πάντων μεταδόντες, ὧν τοῖς Ῥωμαίοις μετῆν*, vgl. c. 10; Dio Cass. l. l., an das volle Bürgerrecht gedacht, und dieses für eine grosse Wohlthat angesehen, vgl. c. 36, 2; 8, 14, 3, obgleich dasselbe damals, besonders nach dem Einfall der Gallier, noch nicht die Bedeutung wie in späterer Zeit haben konnte, sondern, da es die neuen Bürger nöthigte ihre frühere Verbindung mit ihrem latinischen Stammesgenossen, zum grossen Theile ihre communale Selbständigkeit, ihr Recht aufzugeben, und dafür römisches anzunehmen, sehr drückend sein musste, so dass es nicht auffallen kann, wenn die Tusculaner später, 8, 7, 1, sich aus diesem Verhältniss zu befreien, die Latiner die Stadt wieder zu gewinnen suchen, s. c. 33; 36; vgl. 3, 29, 6; 9, 43, 23; Marq. 3, 1, 9.

27—29. Unruhen wegen der Schuldverhältnisse; Krieg mit Präneste; Diod. 15, 50.

1—2. *in Vulsc. b.*, c. 24, 7. — *Lucio*, c. 21; *Publio*, c. 18; *Sergio*, c. 11; *Menenio*, c. 5; *Papirio* (*Cursore*); *Cornelio*, c. 22, statt *P. Valerius* haben die Capit. Fasten L. Aemilius.

3. *censoribus*, während Diodor 15, 50 u 51 für dieses und das folgende Jahr 8 Consulartribunen erwähnt, wie L. 5, 1, giebt dieser a. u. St. und c. 31 Censoren neben den Consulartribunen an; und dass er a. u. St. wirkliche Censoren meine, zeigt das § 5 Erwähnte, was wol bei Consulartribunen, die den Census gehalten hätten, nicht eingetreten wäre, s. Lange 1, 485. Diese Censoren sind wahrscheinlich, s. zu c. 5, 8, vgl. die Stelle des Festus zu c. 14, 12, die ersten nach dem Einfall der Gallier. Sie sollen die Schuldverhältnisse untersuchen und neue Censuslisten entwerfen, da bis dahin, obgleich der Besitzstand sich bedeutend geändert haben musste, das tributum wahrscheinlich noch nach der vor dem Gallischen Kriege abgehaltenen Schatzung eingefordert wurde, s. Nieb. R. G. II, 441. — *aeris al.*, die Masse der Schulden, die sich durch den Verlust im Kriege, durch den Aufbau der Stadt, die Befestigung des Capitols, c. 4, die Steuern in Folge der beständi-

adgravantibus summam etiam invidiae eius tribunis plebis, cum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium la-
4 borare creditum videri expediebat. creati censores C. Sulpicius Camerinus Sp. Postumius Regillensis, coeptaque iam res morte Postumi, quia collegam suffici censori religio erat, interpellata
5 est. igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum. tertios creari velut diis
6 non accipientibus in eum annum censuram religiosum fuit. eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant: fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque, quia nolint conspici summam aeris alieni, quae indicatura sit demersam partem a parte civitatis, cum interim obaeratam plebem obiectari aliis
7 atque aliis hostibus. passim iam sine ullo discrimine bella

gen Kriege angehäuft hatte, ist c. 11; 14 angedeutet worden. — *adgravant. sum. i. e.* bedeutet, wenn die Stelle richtig ist: indem sie die Masse des gehässigen Gegenstandes (*invidia* = *res invidiosa*), der Schulden, die an sich schon gross genug war, (durch ihre Reden) noch drükkender machten, steigerten, vgl. 26, 12, 10: *summa curae omnis;* 3, 61, 12; 42, 58, 7; über *invidia,* welches wol zugleich die Steigerung der Erbitterung bezeichnen soll 2, 23, 2. — *ab iis* etc., die Geldverleiher, *feneratores.* — *fide* — *laborare* — *creditum*, das ausgeliehene Capital habe zu kämpfen, leide mehr durch die Art wie die Schuldner ihre Verbindlichkeiten erfüllten, s. c. 34, 2, als durch die Vermögensverhältnisse derselben; wir fassen *fide* und *fortuna* negativ: das Capital und die Zinsen ständen schlecht mehr wegen Mangel an gutem Willen zu zahlen als u. s. w., vgl. zu 2, 19, 6; 27, 47, 9; 1, 9, 13; zur Sache 7, 21, 8.

4—6. *Sulpicius* c. 22. — *Postumius* 5, 28. — *res*, der Census und die Ordnung der Vermögensverhältnisse. — *religio* 5,31. — *alii*, da die ersten Censoren ein lustrum nicht gehalten haben, ihre Anordnungen also nicht zur vollen Gültigkeit gelangt sind, so können sogleich, vor Ablauf der 4 Jahre, neue Censoren gewählt werden, s. Mommsen Chronol. p. 160. — *vitio cr.* Becker 2, 2, 193. — *vero*, das sei wahrhaftig. — *fugere*, s. 8, 33, 8: *fugienti senatus indicium*, scheuen, zu entgehen suchen. — *testes*, das Object ist aus *census cuiq.*, obgleich dieses zunächst zu der Apposition *tabul. publ.* gehört, leicht zu entnehmen, vgl. 2, 23, 4: *testes — pugnarum cicatrices;* Cic. Verr. 5, 5, 10: *testes publicae tabulae.* — *tabul.* — *cui.*, die unter öffentlicher Autorität angelegten Schätzungslisten, welche, da das Vermögen jedes Einzelnen (*cuiusque* s. 4, 58, 13) eingetragen wurde, Zeugen desselben, hier der Verschuldung der Plebs, waren, s. Becker 2,2,206. Die Stelle u. § 8 zeigen, dass bei der Abschätzung dem Censor eine Berechnung des Activ- und Passivbestandes vorgelegt wurde, wodurch jedoch, da der geringe Besitz der grossen Mehrzahl der Plebejer in Grundeigenthum bestand, und dieses, wenn auch verschuldet, im Census angegeben werden musste, wenig geholfen werden konnte. Man scheint daher eine Massregel wie sie 6, 35, 4 vorgeschlagen oder 7, 21 ausgeführt wird, schon jetzt gefordert zu haben. — *mersam*, c. 17, 2. — *cum int.*, c. 11, 4.

7—8. *passim*, überall, wo es dem Senate beliebe. Die Zustimmung

quaeri: ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas. Latinis Hernicis Praenestinis iam intentari arma civium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem, nec respirare in urbe aut per otium libertatis meminisse sinant aut consistere in contione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando fenore et fine aliarum iniuriarum agentem. quod 8
si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros, neque dilectum haberi, donec inspecto aere alieno initaque ratione minuendi eius sciat unus quisque, quid sui, quid alieni sit; supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur. merces 9
seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam et addicebantur multi, et ad Praenestini famam belli novas legiones scribendas patres censuerant. quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis inpediri coepta: nam neque duci addi- 10
ctos tribuni sinebant, neque iuniores nomina dabant. cum patribus minor praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi quam dilectus esset — quippe iam a Praeneste profectos hostes in agro Gabino consedisse nuntiabatur —, interim tribunos ple- 11
bis fama ea ipsa inritaverat magis ad susceptum certamen quam deterruerat; neque aliud ad seditionem extinguendam in urbe quam prope inlatum moenibus ipsis bellum valuit.

des Volkes ist übergangen. — *ab Antio* etc., ohne genaue Beachtung der Zeit folge, s. c. 2; 7; 9; 21; 22. — *Praenest.*, wie c. 21, 2; vgl. c. 32, 4. — *libertatis* etc., 4, 58, 12. — *consistere*, weil man in den Contionen stand. — *memor*, 22, 25, 10. — *addici* etc., sie wollen gegen das Gericht selbst oder gegen gerichtliche Schuldexecutionen Einspruch thun, 3, 59, 2. — *initaque r. m.*, die c. 35, 4 vorgeschlagene Massregel wird angedeutet. — *quid sui*, was sein wirkliches Eigenthum sei, was er an die Gläubiger abtreten müsse, s. c. 20, 6. — *liberum c.*, ob sein Vermögen zur Deckung der Schulden ausreiche, oder er in Schuldknechtschaft sich begeben müsse. — *nervo*, s. c. 36, 12 u. a., Festus p. 165: *nervum appellamus ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait*, s. zu c. 11, 8.

9. *addicebantur*, s. c. 14, 10; es geschah ohne Erfolg. Der Satz, auf den sich *nam* bezieht, folgt erst mit *quae utr.;* die Sätze *et addicebantur* und *et — censuerant* sind daher logisch als Nebensätze zu betrachten.

10—11. *minor praes.*, der auffallende Ausdruck erklärt sich durch den häufigen Gebrauch der Orts- und Zeitadjective für Adverbia, so dass *praesens* in dem Sinne *in praesens*, wie Stroth vorschlug, stände; ähnlich 7, 27, 4: *fides publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit:* ib. 9, 5; 2, 48, 1: *nullam aliam priorem curam agere*, 23, 7, 7; Terent. Heaut. 2, 3, 113: *quasi istic mea res minor agatur quam tua.* — *profect. h.*, 4, 53, 3. — *interim — deterruerat*, s. 3, 17, 12; der Gedanke hat sich statt auf *cum* etc. zurückzugehen, an *quippe — nuntiabatur* angeschlossen, daher

28 Nam cum esset Praenestinis nuntiatum nullum exercitum
2 conscriptum Romae, nullum ducem certum esse, patres ac plebem in semet ipsos versos, occasionem rati duces eorum raptim agmine acto pervastatis protinus agris ad portam Collinam signa
3 intulere. ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum ad arma concursumque in muros atque portas est, tandemque ab seditione ad bellum versi dictatorem T. Quinctium Cincinnatum
4 creavere. is magistrum equitum Aulum Sempronium Atratinum dixit. quod ubi auditum est — tantus eius magistratus terror erat — simul hostes a moenibus recessere et iuniores Romani
5 ad edictum sine retractatione convenere. dum conscribitur Romae exercitus, castra interim hostium haud procul Alia flumine posita, inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanae lo-
6 cum cepisse inter se iactabant, similem pavorem inde ac fugam fore ac bello Gallico fuerit. etenim si diem contactum religione insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Aliensi die Aliam ipsam, monumentum tantae cladis, reformidaturos? species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis
7 in oculis atque auribus fore. has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes fortunae loci delegaverant spes suas. Romani contra, ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem ad Regillum lacum devictum centum annorum pace
8 obnoxia tenuerint. locum insignem memoria cladis inritaturum

nicht, wie man erwartet: *tribuni summa vi dilectum inpediebant, nam ea ipsa fama — inritaverat.*

28. 2. *occasion.*, absolut: der günstige Moment, s. 4, 31, 2; 21, 11, 8. — *agmine acto*, marschiren, das Heer in Bewegung setzen; häufiger mit *raptim*, *cursu* u. ä. verbunden, anders *agmine facto*, 5, 30, 4. — *ad portam C.*, sie rückten auf dasselbe zu, kamen also nicht auf der via Praenestina, sondern der Nomentana.

3—5. *atque p.*, obgleich zu *portas* mehr *ad* passen würde, kann doch auch *in* darauf bezogen werden. — *Quinctium*, c. 18. — *iunior R.* wie *plebs Romana; patres Romani.* — *sine retract.*, vgl. c. 16, 3. — *procul Al.*, sie werden auf der via Salaria zurückgegangen gedacht, Nieb. R. G. 2, 660.

6. *contactum rel.* = *religiosum*, auf dem ein Fluch ruht. — *Aliensi die* ist nach *diem c. r.* wiederholt, um den Gegensatz zu *Aliam* zu heben. Die Verbindung von *magis* mit dem Abl. statt *quam* ist ausser bei Adjectiven wie *solito* u. ä. nicht häufig; s. 29, 15, 11: *alii aliis magis recusare;* C. Fin. 3, 3, 11: *alia magis alia;* ib. 4, 16, 43; 3, 22, 76: *quid philosophia magis colendum*, Z. § 484. — *auribus*, auch hierzu ist *in* zu nehmen, obgleich sonst *in auribus* nicht so gebräuchlich ist, wie *in ore, in oculis.*

7. *satis scire*, vgl. 1, 9. 4. — *centum a.*, c. 2, 3. — *obnoxia p.*, von den Menschen auf die Sache übergetragen: ein Friede, durch den sie von den Römern abhängig wurden. Ueber die Sache s. c. 2;

se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem
faciat, ne qua terra sit nefasta victoriae suae. quin ipsi sibi Galli 9
si offerantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romae pugnaverint
in repetenda patria, ut postero die ad Gabios, tunc cum effecerint, ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuntium secundae adversaeque fortunae domum perferret.

His utrimque animis ad Aliam ventum est. dictator Roma- **29**
nus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique,
„videsne tu" inquit, „A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad
Aliam constitisse? nec illis di inmortales certioris quidquam
fiduciae maiorisve quod sit auxilii dederint. at tu fretus armis 2
animisque concitatis equis invade mediam aciem; ego cum legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. adeste dii
testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis." non equitem, non peditem 3
sustinuere Praenestini. primo impetu ac clamore dissipati ordines sunt; dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt, consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati
non prius se ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu Praeneste fuit. ibi ex fuga dissipati locum, quem tumultuario opere 4
communirent, capiunt, ne, si intra moenia se recepissent, extemplo ureretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. sed postquam direptis ad Aliam castris victor Roma- 5
nus aderat, id quoque munimentum relictum; et vix moenia tuta
rati oppido se Praeneste includunt. octo praeterea oppida erant 6
sub dicione Praenestinorum. ad ea circumlatum bellum, dein-

21. — *quam ut*, 2, 15, 2. — *nefasta* von *dies nefastus* entlehnt: es gebe kein Unglücksland, wo nach dem Willen der Götter die Römer nicht siegen könnten, wie es Unglückstage gäbe, s. c. 1, 11. Der Gedanke bezieht sich auf § 6: *quanto magis* etc.

29. 1—3. *loci*, nur im Vertrauen auf u. s. w. — *nec — dederint*, ist hier wol eine das Vorhergeh. (*loci*) erklärende Voraussetzung des Dictators: der Erfolg wird zeigen, dass, s. c. 14, 4; 31, 7, 8; 25, 38, 17; anders 28, 28, 11, vgl. 5, 53, 3. — *maior. q. s. aux.*, etwas was — bestehe aus, was — gewähre. — *equis inv.*, c. 32, 8. — *inferam s.*, nur: angreifen, daher *cum legionibus*. — *expetite*, 1, 23, 4. — *per v. numen* n. *iuramento facto*, s. 1, 9, 13. — *praeter — praelati*, 5, 26, 7.

4. *ex fuga d.*, von der Flucht aus, auf der Flucht, 8, 24, 10: *contrahens suos ex fuga palatos*; ib. 10, 9; 30, 7, 1 u. a.; Caes. B. G. 6, 35: *multos ex fuga dispersos excipiunt*. — *si — recep.*, n. *quod futurum erat, si* etc. — *obsidio inf.*, nach der Analogie von *bellum, arma inferre*.

6. *Praeneste*, 1, 3, 3, ohne *a*, Z. § 489; anders § 8; s. 2, 33, 6; 24, 12, 3. — *octo*, Unterthanenstädte, wie bei Tibur 7, 18 f., wol zwischen dem Aequer- und Albanergebirge. —

cepsque haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus.
7 eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Praeneste ventum.
8 id non vi, sed per deditionem receptum est. T. Quinctius semel
acie victor, binis castris hostium novem oppidis vi captis, Prae-
neste in deditionem accepto Romam revertit, triumphansque si-
gnum Praeneste devectum Iovis Imperatoris in Capitolium tulit.
9 dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae tabulaque sub eo
fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa litteris fuit:
„Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dicta-
10 tor oppida novem caperet.“ die vicensimo quam creatus erat
dictatura se abdicavit.

30 Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate,
2 quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. ex patri-
bus creati P. et C. Manlii cum L. Iulio, plebes C. Sextilium M.

Velitras hat sich an Pr. angeschlossen, ohne von ihm abhängig zu sein, s. c. 22. Es ist eben so auffallend, dass die treulose Stadt so leicht eingenommen, s. c. 36; 42, und nicht bestraft wird, als dass das feste Präneste sich ohne Widerstand ergiebt, da es c. 30, 8 den Krieg fortsetzt, s. Nieb. R. G. 2, 661.

8. *Iovis Imp.*, wenn nach Cic. Verr. 4, 58, 129 eine Statue des Jup. Imp. durch T. Quinctius Flamininus nach Rom gebracht wird, so bezieht sich dieses entweder auf ein anderes Bild, oder es ist *T. Quinctius Flamininus* und *Cincinnatus* verwechselt. Dass L. oder sein Gewährsmann geirrt habe, ist kaum glaublich, da sogleich die Votivtafel erwähnt wird. — *Imperator*, s. Preller Myth. 183. — *inter cell.*, in den die Cellen scheidenden Wänden scheinen Nischen (*aediculae*) gewesen zu sein, in deren einer, rechts von der Celle des Iupiter vgl. c. 4, 3; 7, 3, 5, das Bild seinen Platz erhielt, s. Becker I, 399. — *incisa — fuit*, sie hat die Inschrift gehabt, s. 3, 26, 10; 23, 19, 18: *titulus fuit subiectus;* zur Sache Becker 1, 25; Preller S. 207; *dedicatum est* giebt nur das Factum an. Schon zu Cicero's Zeit, s. d. a. St., existirte das von ihm erwähnte Bild nicht mehr, was auch L. durch *incisa fuit* andeutet. Wahrscheinlich hat dieser die Notiz aus dem Annalisten Cincius, den wol auch der jüngere Cincius, s. 7, 3; Mommsen Chronol. 270, benutzt hat. Aus einer Schrift von diesem wird ein anderer Theil der von L., welcher, wie *ferme* zeigt, nicht das Ganze anführen wollte, erwähnten Inschrift von Festus p. 363 mitgetheilt: *trientem tertium* ($2\frac{1}{3}$ Pf.) *pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset.* Die Inschrift war im saturnischen Versmasse abgefasst, nach Ritschl der Anfang folgender:

Diovíspiter átque díví — ómnes hóc dedérunt,
Utí Titu' Quinctiús dic - tátor [*in duéllo*],

s. Nieb. R. G. 2, 662.

10. *die vicesimo q.*, Becker 2, 2, 164.

30. Krieg mit den Volskern Diod. 15, 51.

1—4. *plebeiorum*, seit 358, s. 5. 18, mit Ausnahme vielleicht von Trebonius c. 21 zu ersten Male. — *P. Manlius*, c. 42; 39; *C. Manl.* (*Capitolinus*). *Iulio*, c. 4. Diod. l.

Albinium L. Antistium dedit. Manliis, quod genere plebeios gra- 3
tia Iulium anteibant, Volsci provincia sine sorte, sine conpara-
tione, extra ordinem data; cuius et ipsos postmodo et patres,
qui dederant, paenituit. inexplorato pabulatum cohortes mi- 4
sere; quibus velut circumventis, cum id falso nuntiatum esset,
dum praesidio ut essent citati feruntur, ne auctore quidem ad-
servato, qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus
erat, ipsi in insidias praecipitavere. ibi dum iniquo loco sola 5
virtute militum restantes caedunt caedunturque, castra interim
Romana iacentia in campo ab altera parte hostes invasere. ab 6
ducibus utrubique proditae temeritate atque inscitia res. quid-
quid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine
rectore stabilis virtus tutata est. quae ubi Romam sunt relata, 7
primum dictatorem dici placebat; deinde, postquam quietae res
ex Volscis adferebantur, et apparuit nescire eos victoria et tem-
pore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces, otiumque inde,
quantum a Volscis, fuit; id modo extremo anno tumultuatum, 8
quod Praenestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. —
Eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum novi 9

L. erwähnt 8 Consulartribunen, wahrscheinlich mit Einschluss der von L. erst im folg. Jahre c. 31 angeführten Censoren, s. c. 27, 3, obgleich die Namen verschieden sind. — *sine sorte*, c. 22, 6. — *dedit*, 7, 1, 1; 2, 43, 1. — *cuius*, 2, 47, 12.

4—6. *velut circ.*, wie sie meinten; als wären sie. *feruntur*, 25, 15, 15: *ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt.* — *qui — pro* = *cum esset — tamquam esset.* — *praecipitare* neutral, vgl. 4, 12, 11. — *restantes* Stand halten vermittelst der Tapferkeit, auf dieselbe gestützt, 4, 58, 4. — *caedunt* etc., Verg. 10, 756: *caedebant pariter pariterque ruebant.* — *utrubique*, in der Schlacht und dem Lager, das sie wol ohne Bedeckung gelassen hatten. — *fortunae* wird am einfachsten als Genitiv genommen: das Wenige, was die Unbesonnenheit und Ungeschicklichkeit der Tribunen übrig gelassen hatte, s. 1, 34, 11: *et ipse fortunam — adiuvabat*; 5, 40, 1: *commendantes virtuti eorum urbis — quaecumque reliqua esset fortuna.* Andere nehmen *fortunae* als Dativ.

7—9. *postq.* — *ferebantur et apparuit*, vgl. zu 2, 7, 3 u. 23, 18, 6. — *exercitus*, wahrscheinlich ist je eine Legion unter einem der Manlier zu denken, s. c. 31, 5, vgl. 30, 41, 1. — *otiumque* etc., vgl. 22, 21, 1. — *tumult.*, 21, 16, 3. — *concitatis*, s. c. 21. *Setia*, j. Sezza, an der Westseite des Volskischen Gebirges, über den pomptinischen Sümpfen. Die Gründung der Colonie, welche Vell. 1, 14 in das 8. Jahr nach dem Einfall der Gallier setzt, hat L. übergangen. Setia erscheint hier, 7, 42; 8 1 als Bürgercolonie, allein 8, 3 steht sie auf der Seite der Latiner. Die Verstärkung derselben musste zum Schutze des neuen Besitzes im Lande der Volsker um so nothwendiger erscheinen, da Satricum vorloren war. — *novi* c. a., 2, 21, 7; 31, 49, 6. — *ipsis*, im Gegensatz zur Stadt, 24, 35, 1: *Helorum — dedentibus ipsis recipit*; 31, 16, 5. Zugleich findet eine

coloni adscripti. rebusque haud prosperis bello domestica quies,
quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque inter suos
obtinuit, solacium fuit.

31 Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere
tribunis militum consulari potestate Sp. Furio Q. Servilio iterum Lucio Menenio tertium P. Cloelio M. Horatio L. Geganio.
2 erat autem et materia et causa seditionis aes alienum, cuius noscendi gratia Sp. Servilius Priscus Q. Cloelius Siculus censores
3 facti, ne rem agerent, bello inpediti sunt. namque trepidi nuntii
primo, fuga deinde ex agris legiones Vulscorum ingressas fines
4 popularique passim Romanum agrum attulere. in qua trepidatione tantum afuit ut civilia certamina terror externus cohiberet,
ut contra eo violentior potestas tribunicia inpediendo dilectu esset, donec condiciones inpositae patribus, ne quis, quoad bellatum
5 esset, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxamento plebi sumpto mora dilectui non est facta. legionibus novis scriptis placuit duos exercitus in agrum Vulscum legionibus
divisis duci: Sp. Furius M. Horatius dextrorsus maritimam oram
atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit. populatio itaque
6 tram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit. populatio itaque

constr. ad synesin statt. — *rebus — solac.*, s. 3, 38, 3; 22, 22, 7: *emolumentum.*

31. Innere Unruhen; Verwüstung des Volskischen Gebietes.

1—2. *principia*, die ersten Tage, sind statt *seditio* Subj., um die Zeit zu heben: „gleich in den ersten Tagen brach die Flamme einer heftigen Empörung aus.“ — *Furio* (*Medullino*); *Servilio*, c. 22; *Menenio*, c. 27, statt desselben hat Diod. 15, 57, *C. Licinius* (*Stolo*), und erwähnt nur 4 Consulartribunen. *Horatio* (*Pulvillo*); *Geganio* (*Macerino*). — *noscendi* etc. vgl. c. 27. — *bello*, weil die abwesenden Bürger ihr Vermögen nicht angeben können.

4. *inpediendo dil.* ist Abl., 3, 17, 2: sie traten noch anmassender mit ihrer Einsprache auf, anders 2, 59, 2. — *quis* sind zu *daret* andere Personen als zu *diceret*. — *quoad b. e.*, bis zu Ende des Krieges vgl. Tac. H. 2, 40: *ad bellandum profecti*, L. 29, 14, 1. — *tributum d.*, sei es, dass die Abgaben vom Staatslande ausreichten, oder kein Sold gezahlt wurde. Das tributum erscheint neben dem Wucher als die wichtigste Ursache der Verschuldung der Plebs. — *ius dic.*, 2, 24, 6; 6, 27, 10. — *laxamento*, c. 32, 1: *intervallo ad respirandum.*

5. *novis*, dieses geschah für jeden Feldzug; warum es gerade hier erwähnt wird, ist nicht klar. — *legionib. script.* — *legionibus divisis* wird durch die verschiedene Beziehung der Ablative entschuldigt; zwei Heere, die nach Theilung der (vier?) Legionen gebildet wären, s. c. 30, 7. — *dextrors.* — *laeva*, gegen die westlichen und östlichen Volsker. — *maritim. or.* hängt entweder von dem in *dextrorsus* liegenden Begriff der Richtung ab, s. 8, 15, 8; 2, 34, 3; oder es ist ein Zeugma und aus *pergunt* etwa *petunt* zu nehmen. — *Antium* c. 9. — *discordiae*, 4, 37, 6.

non illi vagae similis, quam Vulscus latrocinii more, discordiae hostium fretus et virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat, sed ab iusto exercitu iusta ira facta spatio quoque temporis gravior. quippe a Vulscis timentibus, ne interim exercitus 7
ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant: Romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamen eliceret. itaque omnibus passim tectis agrorum vicis- 8
que etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni quae extra moenia fuit hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato postquam **32**
quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iuris dictio, et tantum abesse spes veteris levandi fenoris, ut tributo novum fenus contraheretur in murum a censoribus locatum saxo quadrato faciundum. cui succumbere oneri coacta plebes, quia quem di- 2
lectum inpedirent non habebant tribuni plebis. tribunos etiam 3
militares patricios omnes coacta principum opibus fecit, L. Aemilium P. Valerium quartum C. Veturium Ser. Sulpicium L. et C.

6—8. *iusto exerc.* ein ordentliches, vollständiges Heer, 9, 43, 5, im Gegensatze zu *latrocinium*, s. 8, 34, 10; 2, 48, 5; anders *iusta ira* in Bezug auf § 3.— *hostico* braucht L. häufiger substantivisch als mit dem Zusatz *agro*, 21, 61, 6; 44, 13, 1; 8, 34, 9; ib. 38, 2 u. a. Der ganze Begriff *in host. mor.* wird durch *etiam* gesteigert im Gegensatze zu *vagae*. — *tectis*, einzeln stehende Häuser auf dem Lande. — *satis* = *segetibus*, sonst mehr dichterisch, vgl. 8, 29, 11. — *in sp. fr.*, so dass man hätte hoffen können; 5, 24, 2. — *omni*, abschliessendes Asyndeton.

32—33. Die Noth der Plebs; Krieg mit den Volskern und Latinern Diod. 15, 61.

1. *Parvo*, ungeachtet des c. 31, 6 Gesagten war der Feldzug doch nur kurz gewesen. — *celebrari*, es wurden viele Schuldner den Gläubigern zugesprochen, wie 2, 27, 1. — *spes*, das Subject von *abest* wird gewöhnlicher wie c. 31, 4, durch einen Satz mit *ut* umschrieben. — *tributo*, wegen des trib., das vom Senate ausgeschrieben, nur die Plebs drückte, s. 4, 60, 4, da die Tribunen nicht wie 4, 60, 5 u. 5, 12, 7 einschreiten. — *murum*, vgl. c. 4, 12, hier ist wol die Stadtmauer gemeint; ob Ausbesserung der alten, im Gallischen Kriege zum Theil zerstörten, oder einer neuen, Schwegler 3, 304, ist nicht zu unterscheiden. — *a censoribus loc.*, s. 4, 22, 7. — *saxo*, 1, 26, 14.

3. *patric. om.*, man könnte nach den Worten erwarten, dass oft Plebejer erwählt worden seien; aber es ist nur einmal in dieser Zeit, c. 30, geschehen. Die durch *coacta* — *fecit* bezeichnete Abhängigkeit der Plebs von den Patriciern in Privatverhältnissen, wird von diesen schon lange für ihre Zwecke in politischer Rücksicht ausgebeutet worden sein, vgl. c. 34. Nach Diod. haben die Patricier sogar Consuln wählen wollen, und erst nach einem Aufstande erfolgt die Wahl von Consulartribunen. — *Aemilium*, nach L. *quintum*, s. c. 22. *Valerium*, c. 27. *Veturium* (*Crassum*); *Sulpicium*, nach

4 Quinctios Cincinnatos. isdem opibus obtinuere, ut adversus Latinos Vulscosque, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo inpediente omnibus iunioribus sacramento adactis
5 tres exercitus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui, si qui alibi motus extitisset, ad subita belli mitti posset; tertium longe validissimum P. Valerius et L. Aemilius ad Satricum duxere.
6 ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenissent, extemplo pugnatum; et ut nondum satis claram victoriam, sic prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit.
7 postero die iterata pugna: et aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae maxime legiones, longa societate militiam Romanam
8 edoctae, restabant. eques inmissus ordines turbavit, turbatis signa peditum inlata, quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti. et ut semel inclinavit pugna iam intolera-
9 bilis Romana vis erat. fusi hostes cum Satricum, quod duo milia inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime caesi. ca-
10 stra capta direptaque. ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae simili agmine petunt Antium; et cum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor quam ira ce-
11 leritatis habuit. prius itaque moenia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot dies vastando agro absumpti, nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad moenia adgredienda nec illis ad subeundum pugnae casum.

33 Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta, cum Antiates victi malis subactique bello, in quo et nati erant et consenuerant,

den Fasten der c. 34 genannte. *L. Quinctium*, c. 11.

4—5. *Latinos V.*, die Verbindung war jetzt öffentlich, s. c. 7; 30; unter den Latinern sind hier auch die c. 27, 7; 30, 8 besonders genannten Pränestiner begriffen. — *nullo inped.*, die Tribunen benutzen die Gelegenheit nicht der Plebs zu helfen, s. § 2: *quia* etc. — *tres* etc. wie c. 2, 7; 6, 12 ff. — *ad Satr.*, vgl. c. 22; die Entfernung ist § 9 angegeben. — *ad praes. urb.*, c. 2; 6, 14. — *subita b.*, 4, 27, 1.

6—9. *claram*, nicht mehr zu bezweifeln. — *ingent. pr.*, c. 8, 7. — *edoctae*, 8, 8. — *restabant* c. 30, 5. — *eques* etc., s. c. 29, 2; 7, 33, 7. — *quantum* — *tant.*, wie weit u. s. w., s. 21, 31, 2, vgl. 3, 15, 2. — *gradu*, 7, 8, 3: (*equites*) *gradu moverant hostem*, *deinde pepulerunt*; Nep. 2, 51: *gradu depulsus*. — *iam* im Nachsatze zur Angabe der Zeitfolge findet sich nicht oft, s. c. 18, 3; 31, 1, 5.

9—11. *duo m.* n. *passuum*, wie oft. — *non castra* etc., wie c. 8, 9. — *proxima*, anders als c. 9, 1. — *carpere*, s. 3, 5, 1. — *appar. bell.*, wie c. 9, 2.

33. 1. *seditio*, Uneinigkeit, Trennung. — *Antiates*, wieder an der Spitze der Volsker. — *nati er.* etc., in Bezug auf die Antiaten übertreibend, da der Krieg erst 13 Jahre, s. c. 2, dauert; L. hat an die Volsker überhaupt gedacht.

deditionem spectarent, Latinos ex diutina pace nova defectio re- 2
centibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello fa-
ceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per
alteros stare, quo minus incepta persequerentur. Latini profecti 3
a societate pacis, ut rebantur, inhonestae sese vindicaverunt, An-
tiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis urbem
agrosque Romanis dedunt. ira et rabies Latinorum, quia nec 4
Romanos bello laedere nec Vulscos in armis retinere potuerant,
eo erupit, ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis
adversae pugnae fuerat, igni concremarent; nec aliud tectum eius
superfuit urbis, cum faces pariter sacris profanisque inicerent,
quam matris Matutae templum. inde eos nec sua religio nec ve- 5
recundia deum arcuisse dicitur, sed vox horrenda edita templo
cum tristibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amovis-
sent. incensos ea rabie impetus Tusculum tulit ob iram, quod 6
deserto communi concilio Latinorum non in societatem modo
Romanam sed etiam in civitatem se dedissent. patentibus portis 7
cum inproviso incidissent, primo clamore oppidum praeter ar-
cem captum est. in arcem oppidani refugere cum coniugibus ac
liberis, nuntiosque Romam, qui certiorem de suo casu senatum
facerent, misere. haud segnius quam fide populi Romani dignum 8
fuit exercitus Tusculum ductus. L. Quinctius et Servius Sulpi-
cius tribuni militum duxere. clausas portas Tusculi Latinosque 9
simul obsidentium atque obsessorum animo hinc moenia Tusculi
tueri vident, illinc arcem oppugnare, terrere una ac pavere. ad- 10
ventus Romanorum mutaverat utriusque partis animos: Tuscu-

2—3. *adhuc*, hat L. bisweilen von der Vergangenheit bei dem imperf. partic. u. adjectivum, s. 9, 6, 12; 23, 33, 7; 27, 13, 7 u. a. — *diutina*, vgl. zu c. 7, 1. — *stare q. m.*, die Einen könnten die Anderen nicht hindern ihre Pläne zu verfolgen, 2, 31, 11; 9, 14, 1: *per utros stetisset, quo minus armis discedieretur*. — *alteros*, 1, 13, 3. — *inhonestae*, da er zur Abhängigkeit von Rom führen würde, s. c. 2 8, 7. — *urbem ag. dedunt*, wenn diese Dedition wirklich erfolgt ist, hat sich Antium später wieder befreit, s. 7, 27, 2; ib. 19, 6; 8, 12, 2; Nieb. R. G. 2, 663.

4—6. *Satric.* etc., weil sie jetzt, nachdem die Volsker sich von ihnen getrennt haben, die Stadt nicht mehr behaupten können. — *Matutae*, s. 5, 19; Preller Myth. 285. — *sua rel.*, die ihnen inwohnende Religiösität und Scheu vor den Göttern, im Gegensatze zu der äusseren Veranlassung. — *vox h. e.*, vgl. 2, 7, 2; Preller a. a. O. S. 55. — *ni* für den Fall, dass nicht, wie *si*, s. 5, 5, 5 u. a. — *concilio*, s. c. 21. — *civitatem*, c. 26. Es muss diese also zwischen 374 und 378 erhalten, und dadurch die Verbindung mit Latium ganz aufgegeben haben. — *se dediss.* lässt die Annahme der *civitas* als Folge der Noth erscheinen, s. zu c. 26, 8.

10—12. *mutaverat*, 5, 19, 3. —

lanos ex ingenti metu in summam alacritatem, Latinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis, quoniam oppido potirentur, in
11 exiguam de se ipsis spem verterat. tollitur ex arce clamor ab Tusculanis; excipitur aliquanto maiore ab exercitu Romano. utrimque urgentur Latini: nec impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent, nec Romanos subeuntes moenia
12 molientesque obices portarum arcere possunt. scalis prius moenia capta; inde effracta claustra portarum. et cum anceps hostis et a fronte et a tergo urgeret, nec ad pugnam ulla vis nec ad fugam loci quicquam superesset, in medio caesi ad unum omnes. recuperato ab hostibus Tusculo exercitus Romam est reductus.
34 Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis patrum in dies miseriaeque plebis crescebant, cum eo ipso, quod necesse erat solvi, facultas sol-
2 vendi inpediretur. itaque cum iam ex re nihil dari posset, fama et corpore, iudicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant, poe-

prope c. f., vgl. 2, 46, 1: *prope certa spes.* — *potirentur*, 25, 11, 17: *mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur.* — *verterat* = *effecerat, ut se verteret ex* — *in* etc. — *excipitur*, 2, 61, 1; 24, 31, 4; vgl. 3, 28, 6; da die Hss. *maior* haben, so ist viell. *excipit* zu lesen; wie Caesar B. G. 7, 88. — *molientes*, s. 23, 18, 2; 24, 46, 5. — *nec—nec*, das erste knüpft zugleich an das Vorhergeh. an. — *ab hostib.*, vgl. c. 15, 1: *ab exercitu;* 3, 13, 10: *a patre.*

34—42. Die Licinische Gesetzgebung, vgl. Varro R. R. 1, 2, 9; Gell. 20, 1, 23; Diod. 15, 61 75; Dio Cass. frg. 29, 1 ff.; Zon. 7, 24; Plut. Cam. 39 u. a.

1. *Quanto* etc., die hier erwähnten Ereignisse fallen schon in das nächste Jahr 378 a. u., dessen Consulartribunen, nach den Fasten *L. Menenius, L. Papirius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius, C. Licinius*, L. selbst, oder die Ordner des Textes, oder die Abschreiber übergangen haben. s. c. 39, 3. — *quanto m.* gehört zu *tranquilla*, c. 25, 11; *tanto*, ohne *magis*, weil in *crescebat* eine Steigerung liegt, s. 5, 10, 5. — *quod* ist Coniunction; der Nachdruck liegt auf *necesse erat.*, gerade weil man durch den Druck (*vis* ist aus *miseriae* zu erklären, vgl. c. 32, 3: *opes*), den die Patricier als harte Gläubiger übten, gezwungen wurde zu zahlen, sobald der Zahlungstermin kam, keine Frist erhielt, so dass man sich hätte erholen oder Credit finden (borgen) können wurde, man zahlungsunfähig, musste dem Gläubiger (eine Massregel wie 7, 21 war nicht getroffen) das Vermögen abtreten, und sich in Schuldgefangenschaft begeben; s. c. 27, 9; 14, 7.

2. *ex re*, weil schon das ganze Vermögen verpfändet oder verkauft war. — *fama* etc., mit Verlust des guten Rufes, c. 11, 8: *ignominia*, und der Freiheit. Beides litt der *addictus* (wenn auch nicht der *nexus*, an dessen Dienste, s. 2, 33, jedoch L. bei *corpore* zu denken scheint) nach dem zu c. 11, 8 angeführten Gesetze, da er als Sclave verkauft oder getödtet werden konnte. s. Gell. 20, 1, 47. Die nach demselben in Folge der Execution eintretenden Körperqualen konnten als Strafe (*poena*) des Schuldners für den an dem Gläubiger durch Nichtbezahlung begangenen Treubuch be-

naque in vicem fidei cesserat. adeo ergo obnoxios summiserant 3
animos non infimi solum sed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi ut liceret tetenderant, sed ne ad plebeios quidem magistratus ca- 4
pessendos petendosque ulli viro acri experientique animus esset, possessionemque honoris usurpati modo a plebe per paucos annos recuperasse in perpetuum patres viderentur. ne id nimis 5
laetum parti alteri esset, parva, ut plerumque solet, rem ingentem moliundi causa intervenit.

M. Fabi Ambusti, potentis viri cum inter sui corporis homines tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur, filiae duae nuptae Ser. Sulpicio maior, minor C. Licinio Stoloni erat, inlustri quidem viro, tamen plebeio; eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quaesierat. forte ita incidit, ut in Servi Sulpici tribuni mi- 6
litum domo sorores Fabiae cum inter se, ut fit, sermonibus tempus tererent, lictor Sulpici, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est virga percuteret. cum ad id moris eius in-

trachtet werden. Ueber *iudicati a. ad.*, c. 14, 10. — *fidei*, die Erfüllung der eingegangenen Verbindlichkeit durch Zahlung des Kapitals und der Zinsen war nicht mehr möglich.

3—4. *obnoxios*, das c. 32, 3: *coacta patriciorum opibus* bezeichnete Verhältniss, eine Steigerung von *summittere*, vgl. 23, 25, 3. — *principes*, die jetzt, ungeachtet ihrer Verbindung mit den Patriciern, s. c. 19, 4, von diesen verachtet, von den gemeinen Plebejern nicht unterstützt werden. — *tanta vi*, 4, 6; 16. — *petend.* ist Steigerung von *capessendos*, da es die Bewerbung, nicht bloss die Uebernahme bezeichnet, kein hysteron-proteron. — *experienti*, ein unternehmender Mann, s. Cic. Verr. 4, 17, 37; ib. 3, 11, 28 u. a. — *usurpati*, 5, 2, 12, vgl. 8, 4, 10.

5. *Fabi*, c. 22. — *corporis*, die Gesammtheit der Patricier, 4, 9, 4; 26, 48, 6. — *ad id*, s. 1, 26, 5; 24, 32, 2; 29, 11, 2. — *genus*, bei den Plebejern; *genus* wie 1, 5, 2, vgl. 3, 19, 9; auf die Patricier können die Worte nicht bezogen werden, da *quod — habebatur* angeben soll, wie er bei der Plebs Einfluss gehabt habe. Hierzu tritt asyndetisch: *filiae duae* etc., ein specieller Grund. — *Ser. Sulpicio*, § 1. — *maior*. — *minor* ohne *natu*, wie oft, 1, 53, 5. — *Stoloni*, den Grund des Zunamen s. Varro de re rust. 1, 2, 9: *quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores e radicibus quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant.* — *illustri*, wie vorher *principes*; 4, 60: *primores*. Ein Verwandter von ihm, s. § 1, war kurz vorher, früher zwei andere Consulartribunen gewesen, 5, 12; 18.

6—7. *forte* etc. L. hat die an sich nicht glaubliche Erzählung schon in dieser Form vorgefunden; Peter 1, 229; Nieb. 1, 399. — *forem*, s. 39, 12, 2; 23, 15, 15; Plin. 7, 30, 112: *Cn. Pompeius — intraturus Posidonii — domum fores percuti de more a lictore vetuit;* Becker 2, 2, 378. — *cum — cum*, 1, 5, 3. —

sueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit, miranti ignorare
7 id sororem. ceterum is risus stimulos parvis mobili rebus animo
muliebri subdidit. frequentia quoque prosequentium rogantium-
que, num quid vellet, credo fortunatum matrimonium ei sororis
visum suique ipsam malo arbitrio, quo a proximis quisque mi-
omnes dii hominesque scirent se parenti opem latam quam in-
imicis eius malle, capit consilium rudis quidem atque agrestis
animi, et quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile.
3 inscientibus cunctis cultro succinctus mane in urbem atque a
porta domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit, ia-
nitori opus esse sibi domino eius convento extemplo ait: nun-
4 tiaret Titum Manlium L. filium esse. mox introductus — etenim
percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid novi aut
consilii ad rem agendam deferre — salute accepta redditaque esse
5 ait, quae cum eo agere arbitris remotis velit. procul inde omni-
bus abire iussis cultrum stringit, et super lectum stans ferro in-
tento, nisi in quae ipse concepisset verba iuraret, se patris eius
accusandi causa concilium plebis numquam habiturum, se eum
6 extemplo transfixurum minatur. pavidus tribunus, quippe qui
ferrum ante oculos micare, se solum inermem, illum praevalidum
iuvenem et, quod haud minus timendum erat, stolide ferocem
viribus suis cerneret, adiurat in quae adactus est verba; et prae
7 se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse. nec perinde
ut maluisset plebes sibi suffragii ferendi de tam crudeli et su-
perbo reo potestatem fieri, ita aegre habuit filium id pro parente
ausum. eoque id laudabilius erat, quod animum eius tanta acer-
8 bitas patria nihil a pietate avertisset. itaque non patri modo re-
missa causae dictio est, sed ipsi etiam adulescenti ea res honori

3. — *agresti*, bäuerisch, c. 5, 2; *agrestis animi. rustico*, ländlich. — *habendo*, 1, 56, 2; 6, 20, 8.

5. 2—4. *dii hom.*, 2, 5, 7. — *civilis*, 6, 40, 15. — *pietate*, 4, 19, 6: *notitia*. — *domum — ad M. Pomp.*; Cicero: *Pomponii domum*, s. 5, 47, 7. — *convento*, Zumpt § 464. — *criminis*, einen neuen Anklagepunkt.

5—6. *in quae* = *in* (*ea*) *verba, quae*, wie § 6: *adiurat in* (*ea, in*) *quae adactus est* (*iurare*). Der welcher den Eid abnahm, sagte die Eidesformel vor (*praeire verba*). — *concil. pl.*, 6, 20, 11. — *stolide feroc.*, s. c. 10, 5; 3, 29, 3. — *prae se tul.*, er erklärte öffentlich. — *destitisse*, 4, 42, 8.

7—8. *nec perinde ut*, nicht in gleicher Weise wie, d. h. obgleich unter anderen Verhältnissen, wenn der Zwischenfall nicht eingetreten wäre, das Volk ihn lieber hätte verurtheilen als freigeben wollen. — *aegre h.*, Sall. C. 51, 11: *multi eas* (*iniurias*) *gravius aequo habuere*; Tac. Ann. 4, 21: *quae — civiliter habuit*. — *remissa* etc., ein anderer Tribun hätte die Klage aufnehmen können, aber die Stimmung des Volkes war dagegen. — *causae d.*, auch von dem Angeklagten wird *causam dicit* gesagt.

fuit, et cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri — nam et antea, sicut nunc quos Rufulos vocant, imperatores ipsi faciebant —, secundum in sex locis tenuit nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis, ut qui rure et procul coetu hominum iuventam egisset. 9

Eodem anno seu motu terrae seu qua vi alia forum medium ferme specu vasto conlapsum in inmensam altitudinem dicitur; neque eam voraginem coniectu terrae, cum pro se quisque gereret, explere potuisse prius quam deum monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus Romanus posset: id enim illi loco dicandum vates canebant, si rem publicam Romanam perpetuam esse vellent. tum M. Curtium, iuvenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum quam arma 6 2 3

9. *ad legiones* von *fieri* abhängig, 34, 6, 13: *servos ad remum — dabamus;* 22, 19, 4. Zur Sache vgl. Ascon. zu Cic. Verr. I, § 30: *tribunorum militarium duo genera: primum eorum, qui Rufuli* (nach *Rutilius Rufus*, der ein Gesetz zu ihren Gunsten in Vorschlag gebracht hatte) *dicuntur: hi in exercitu creari solent; alii sunt comitiati, qui Romae comitiis designantur.* Sie wurden ungeachtet mancher Unterschiede als Magistrate betrachtet, s. c. 32, 16; 40, 9; 28, 27, 14, vgl. Lange 1, 645. Ihre Anstellung war von den Königen auf die Consuln übergegangen, jetzt zieht das Volk die Wahl eines Theiles derselben an sich. Dass sie in Tributcomitien gewählt wurden, geht a. u. St. aus dem Zusammenhange hervor, vgl. Sall. I. 63; Marquardt 2, 3, 165; 3, 2, 276 f. — *in sex locis*, später wenigstens hatte jede Legion 6 Tribunen, welche dieselbe abwechselnd commandirten. Von den 24 Trib. für die 4 gewöhnlich ausgehobenen Legionen wählt jetzt das Volk nur sechs, s. 9, 30. — *procul c.*, s. c. 37, 6.

6. 1—7. M. Curtius; Varro L. L. 5, 148 ff.; Dion. 14, 20; Dio Cass. frg. 30, 1 u. A.

1—2. *seu — alia*, nur Vermuthungen L's, s. Zonar. 7, 25: *διαστῆναι τὸ πεδίον λέγεται τὸ μεταξὺ τοῦ Παλατίου καὶ τοῦ Καπιτωλίου ἐξάπινα, μήτε σεισμοῦ προηγησαμένου μήτ' ἄλλου τινὸς —, οἷα συμβαίνειν εἴωθε φυσικῶς ἐπὶ τοιούτοις παθήμασι;* Klausen Aeneas 738 ff., Marq. 4, 313. — *gereret* n. *terram.* — *explere*, das Subject ist in *pro se quisque* angedeutet. — *deum monitu;* Dion.: *οἱ ἐπὶ τῶν Σιβυλλείων χρησμῶν ἐπισκεψάμενοι τὰ βιβλία εἶπον, ὅτι τὰ πλείστου ἄξια τῷ Ῥωμαίων δήμῳ λαβοῦσα ἡ γῆ συνελεύσεται.*

3. *vates*, Varro l. l.: *relatum in eo loco dehisse terram, et id ex S. Con. ad aruspices relatum esse: responsum deum Manium postilionem postulare id, civem fortissimum eo demitti.* L. hat aus den verschiedenen Erzählungen die mehr dichterische gewählt. — *dubitantes*, nicht als ob sie Zweifel ausgesprochen hätten, sondern Curtius schloss dieses aus der Ungewissheit (*quaeri coeptum*) über das *quo plurimum p. R. posset.* — *an ullum* ist nicht das Object von *dubitantes*, s. Zumpt § 354, sondern enthält das was Curtius den Römern tadelnd vorwirft (*increpasse*), indem er fragt, ob wol u. s. w.; *dubitantes* steht absolut.

4 virtusque esset? silentio facto templa deorum inmortalium, quae foro inminent, Capitoliumque intuentem et manus nunc in caelum nunc in patentes terrae hiatus ad deos manes porrigentem
5 se devovisse; equoque deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum inmisisse; donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas, lacumque Curtium non ab antiquo illo Titi Tati milite Curtio Mettio
6 sed ab hoc appellatum. cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret; nunc fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem, et lacus nomen ab hac recentiore insignitius fabula est.

7 Post tanti prodigii procurationem eodem anno de Hernicis consultus senatus cum fetiales ad res repetendas nequiquam misisset, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo
8 Hernicis censuit, populusque id bellum frequens iussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. in expectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset, perinde ut evenisset res, ita communicatos honores
9 pro bene aut secus consulto habitura. forte ita tulit casus, ut Genucius ad hostes magno conatu profectus in insidias praecipitaretur; legionibus necopinato pavore fusis consul circumven-
10 tus ab insciis quem interfecissent occideret. quod ubi est Ro-

4—6. *templa* etc., s. 2, 49, 7; Tac. H. 1, 40. — *ad deos man.*, denen sich zu weihen er im Begriffe ist, s. d. Stelle zu § 3; 8, 9, 6; Preller Myth. S. 466. — *non ab a.* etc., s. 1, 12; eine natürliche Erklärung, s. Varro l. l. *eum locum fulguritum et ex SC. saeptum esse, id quod factum esset a Curtio consule, quoi M. Genucius fuit collega*, s. 4, 1, hat L. übergangen, vgl. Broecker S. 243. — *cura* n. *inquirendi*. — *fama st. e.*, man muss sich an die Sage halten, bei derselben stehen bleiben, 4, 23, 3; Einleit. S. 30.

6, 7—**9**, 1. Krieg mit den Hernikern.

7—8. *primo q. t.*, 4, 58, 8. — *Hernicis*, die, nachdem einzelne latinische Staaten überwunden sind, s. 6, 26; 29, den Krieg fast allein führen, c. 9, 1; Mommsen 1, 319. — *suis*, wie sie ein Plebejer halten kann, nicht den patricischen, s. § 10. — *perinde ut*, c. 5, 7. — *pro — consulto*, für etwas u. s. w., vgl. 9, 11, 4: *omnia pro infecto sint;* 1, 40, 2; 6, 40, 17.

9. *forte — casus*, tautologisch, s. 1, 4, 4. — *magno c.*, wie 5, 18, 7: *Titinius Genuciusque — dum bellum maiore animo gerunt quam consilio praecipitavere se in insidias. Genucius morte honesta — inter primores cecidit.* — *praecipitaretur*, 25, 16, 15: *Gracchus — in insidias praecipitatus*, 21, 25, 9; 38, 2, 14; gewöhnlicher ist *praecipitare;* 6, 30, 4. — *quem interfec.*, kurz ausgedrückt statt: *circumventus occideret* (*ab hostibus*), *qui interfecto consule nesciebant, quem interfecissent;* vgl. 25, 31, 10; 22, 49, 12. — *ab insciis* kann sowol zu *circumventus* als zu *occideret* gezogen werden, Cic. Offic. 2, 7, 26: *Phalaris non a paucis interiit.*

mam nuntiatum, nequaquam tantum publica calamitate maesti
patres quantum feroces infelici consulis plebei ductu fremunt
omnibus locis: irent, crearent consules ex plebe, transferrent au-
spicia quo nefas esset. potuisse patres plebi scito pelli honori- 11
bus suis: num etiam in deos inmortales inauspicatam legem va-
luisse? vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia, quae ut pri-
mum contacta sint ab eo, a quo nec ius nec fas fuerit, deletum
cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde turbato gen-
tium iure comitia haberentur. his vocibus curia et forum per-
sonat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, maiore nunc au- 12
ctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictato-
rem consensu patriciorum Servilius consul dicit, dilectusque et
iustitium indictum.

Priusquam dictator legionesque novae in Hernicos venirent, 7
ductu C. Sulpici legati res per occasionem gesta egregie est. in 2
Hernicos, morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud
dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato et plenis irae
atque indignitatis militum animis eruptio est facta. multum ab
spe adeundi valli res Hernicis afuit: adeo turbatis inde ordinibus
abscessere. dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus 3
iungitur et copiae duplicantur; et pro contione dictator laudibus
legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul
audientibus laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad aemu-

10—12. *tantum* — *quant.* 28, 2, 13. — *patres*, die strengen Aristokraten. — *irent*, *cr.*, 10, 4, 10: *ite*, *dicite* u. a. *plebi scito*, 6, 42, 9. — *num etiam* stellt nachdrücklich das Nichtstattfinden des Zweiten dem eingeräumten Stattfinden des Ersten entgegen; umgekehrt 4, 3, 9. — *inauspicat.* unter der Leitung von Magistraten von dem Volke gegeben, welche keine Auspicien haben, 6, 41, 5. — *numen*, ihren Willen, den sie in den Augurien ihren Vertrauten offenbaren, 1, 55, 3. — *nec* — *fas*, vgl. 4, 3, 8: *quin etiam, si diis placet, nefas aiunt esse consulem plebeium fieri;* 6, 41, 4 ff.; 4, 6, 2. — *gentium i.*, 4, 1. 2. — *forum* Aeusserungen vor dem Volke. — *Claud.* 6, 38; L. scheint ihn für den 4, 48, 5 ff. erwähnten zu halten, s. Becker 2, 2, 155. — *nunc* u. *quam ante*, vgl. zu 3, 40, 10. — *dictatorem*, die Ernennung des mag. equitum ist nur übergangen, s. 23, 23, 2. — *consensu p.*, die Patricier waren mit der Wahl des strengen Aristokraten zufrieden, s. 3, 26, 6; 4, 51, 3; nach Nieb. R. G. 1, 628 bezeichnet es die Wahl durch die Curien.

7. 1—3. *per occas.*, vgl. 5, 26, 9; 4, 32, 10. — *contemptum*, 6, 38, 8. — *indignit.*, 1, 59, 11; 8, 28, 6. — *res H. a.*, 2, 49, 10; 9, 9, 13. Die Structur ist ungewöhnlich, statt *tantum afuit ut* — *ut*, vgl. 6, 32, 1. — *duplicantur*, so dass 4 Legionen werden; dem plebejischen Consul war also ein zu schwaches Heer gegeben worden. — *pro cont.*, vor der Fronte, s. c. 9, 14; 21, 11, 4, vgl. 26, 27, 6. — *audientib.* ist wegen *meritas* und des Gegensatzes von *ceteros* auf das frühere Heer zu be-

4 landas virtutes acuit. neque segnius ad hostes bellum appara-
tur, qui et parti ante decoris memores neque ignari auctarum
virium hostis suas quoque vires augent. omne Hernicum nomen,
omnis militaris aetas excitur; quadringenariae octo cohortes, le-
5 cta robora virorum, scribuntur. hunc eximium florem iuventutis
eo etiam, quod ut duplex acciperent stipendium decreverant, spei
animorumque inplevere. inmunes quoque operum militarium
erant, ut in unum pugnae laborem reservati plus sibi quam pro
6 virili parte adnitendum scirent. extra ordinem etiam in acie lo-
cati, quo conspectior virtus esset.

Duum milium planities castra Romana ab Hernicis dirime-
bat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est.
7 primo stetit ambigua spe pugna nequiquam saepe conatis equi-
8 tibus Romanis impetu turbare hostium aciem. postquam eque-
stris pugna effectu quam conatibus vanior erat, consulto prius
dictatore equites permissu deinde eius relictis equis clamore in-
9 genti provolant ante signa et novam integrant pugnam. neque
sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum
8 animorumque robore se obiecissent. Tunc inter primores duo-
rum populorum res geritur. quidquid hinc aut illinc communis
Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est. vul-
gus aliud armatorum velut delegata primoribus pugna eventum
suum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vul-
2 nera accipiunt. tandem equites alius alium increpantes, quid
deinde restaret, quaerendo, si neque ex equis pepulissent hostem

ziehen, auf das jedoch schon *legati militumque* hinweist.

4—6. *ad* auf Seiten, wie häufiger *apud*, ist bei L. nicht selten; 10, 35, 4 u. a. — *omne H. n.*, alle Staaten, *populi*, die den Bundesstaat des Herniker bilden, vgl. 3, 2, 2; Schwegler 2, 330. — *quadringen. coh.*, wie später die Bundesgenossencontingente der Römer bezeichnet werden; Marquardt 3, 2, 303. — *robora vir.* 24, 46, 2. — *inmunes* etc. von Lager- und Schanzarbeiten, wie später die Veteranen, s. Tac. Ann. 1, 36: *exauctorari — ac retineri sub vexillo ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.*

6—8. *conspectior*, s. 2, 55, 3. — *duum*, 3, 25, 4. — *relictis* etc., 6, 24; 4, 38 u. a. — *novam integr.*, pleonastisch, wenn nicht bezeichnet werden soll, dass der frische Kampf eine neue Kampfart für den Reiter war, s. 4, 33, 7; 22, 5, 7. Auch *permissu d. e* ist nur breite Darstellung. — *sustineri p. n.*, 3, 5, 8.

8. 1—3. *primores*, auch die Herniker sind *lecta corpora virorum.* — *multiplex*, 2, 64, 4; zur Sache 21, 59, 9: *maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot — sunt interfecti*, 9, 38, 8, wo *equites equo publico* gemeint sind, vgl. 4, 40, 1. — *alius al.*, 4, 22, 5; 5, 47, 3. — *quid deinde*, vgl. 4, 49, 15: *incipite — deinde.* — *restaret*, jedesmal der Einzelne, welcher angeredet wird. — *ex eq. n. pugnantes.* — *his*, 1,

neque pedites quicquam momenti facerent? quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent et alieno pugnarent loco? — his inter se vocibus concitati clamore 3
renovato inferunt pedem, et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie avertunt; neque 4
tam vires pares quae superaverit res facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi et extollere animos et minuere potuit. usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur; 5
castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. postero die 6
deserta fuga castra Hernicorum et saucii relicti quidam inventi, agmenque fugientium ab Signinis, cum praeter moenia eorum infrequentia conspecta signa essent, fusum ac per agros trepida fuga palatum est. nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta 7
pars militum amissa, et ubi haud minus iacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.

Insequenti anno cum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus con- 9
sules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. ea ultima fuit causa, cum mul- 2
tae ante querimoniae ultro citroque iactatae essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur. — Di- 3
ctatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Lici- 4

35, 6. — *gradu mov.*, 6, 32, 8. — *pepulerunt*, 1200 röm. Ritter schlagen also 3200 Herniker zurück.

4. *tam vir. par.*, s. Cic. Attic. 3, 10, 2: *tam ex amplo statu;* Verr. 5, 48, 127: *tam in paucis* u. a., wo jedoch immer eine Präpos. vor dem Adjectiv steht. Die Einrichtungen der Herniker mussten den röm. entsprechen. — *nisi quod*, 4, 12, 9; 38, 2, 7. — *perpetua*, bis jetzt sind jedoch beide Völker meist verbunden gewesen.

5—6. *diu non p.*, s. über diesen L. eigenthümlichen Gebrauch 1, 53, 1: der Umstand, dass erst mehrere Opferthiere geschlachtet werden mussten, ehe günstige Zeichen erschienen, s. 6, 1, 12. — *tenuerat*, 3, 29, 6. — *Signin.*, 2, 21, 7.

9—15. Kriege gegen die Herniker, Tiburtiner, Gallier und Falisker. Manlius Torquatus. Bund mit Latium. Polyb. 2, 18; Dio Cass. Frg. 31; Oros. 3, 6.

1. *Sulpic.*, *Licin.*, c. 2. — *neque* = *et* — *non*, die Negation gehört bisweilen zu dem untergeordneten Satze oder Satztheile, *et* knüpft den folg. Hauptsatz an, wie 6, 1, 12; 4, 27, 9 u. a., vgl. 3, 48, 1: *nego.* — *Ferentin.*, 4, 54. — *Tiburtes*, die Bewohner von Tibur, auf einer Felsenhöhe am Anio, j. Tivoli, trennen sich von Rom und dem übrigen Latium, vgl. 3, 58, 10, wie Präneste, 6, 29 vgl. 7, 12; 17, und haben sich viell. wie dieses an die Herniker angeschlossen.

3—5. *Quinctium*, 6, 42. — *Macer*,

nius comitiorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum
scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante, ut conti-
5 nuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. quae-
sita ea propria familiae laus leviorem auctorem Licinium facit.
cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam inve-
niam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer in-
6 clinat animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria
via trans pontem Anienis castra habuere.

Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset,
omnes iuniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe
7 profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. pons in medio
erat neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. proelia
de occupando ponte crebra erant, nec qui poterentur, incertis
8 viribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine
in vacuum pontem Gallus processit, et quantum maxima voce
potuit „quem nunc“ inquit „Roma virum fortissimum habet,
procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat,
10 utra gens bello sit melior.“ Diu inter primores iuvenum Roma-
norum silentium fuit, cum et abnuere certamen vererentur, et
2 praecipuam sortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L.

4, 7, 12. — *bello praef.*, vor seinem Abgange zum Kriege die Wahlcomitien halten, s. 39, 5, 12: *praetulit triumphi diem.* — *continuaret*, 3, 21, 2. — *cupiditati*, 3, 64, 11. — *propria*, als Licinier. — *vetustiorib. an.*, 4, 7, 10; Bröcker 78; 115; 214. — *belli Gall.*, doch weiss L. von dem Gallischen Kriege nichts zu berichten als den Zweikampf, den Andere in andere Jahre setzten, 6, 42; Polyb. l. l.

6. *Galli*, wahrscheinlich neue Einwanderer, von ihren Volksgenossen in Oberitalien nach Süden, nicht gerade nach Rom gewiesen, Peter 1, 239. — *Salaria*, 5, 37, 7; ib. 38, 10. — *tumultus G.*, ein plötzlicher, gefahrvoller Krieg, bei dem ohne die wöhnlichen Formalitäten wer irgend tauglich war, auch vom Kriegsdienste Befreite, Sechzigjährige u. s. w., ausgehoben und vereidigt wurden, s. 32, 26, 11; Cic. Phil. 8, 1: *quid est aliud tumultus nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur.* — *Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, Gallicum tumultum quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant. gravius autem tumultum esse quam bellum hinc intelligi potest, quod bello vacationes valent, tumultu non valent;* Marquardt 3, 2, 293. — *omnes iun.*, 5, 37, 2.

7—8. *eum*, 1, 28, 10. — *qui* statt *uter* s. 1, 6, 4; 10, 12, 5; 9, 45, 8; 21, 39, 6; Caes. B. G. 5, 42, 2; Tac. Ann. 1, 47. — *poterentur*, besitzen, behaupten würde, 6, 33, 10; 25, 11, 17. Ueber das Tempus 2, 55, 9. — *incertis*, 4, 6, 2. — *discerni*, unterscheiden, beurtheilen. — *Gallus*, nach Dio, Florus, Eutrop. der König der G. — *quantum* mit *potuit* zu verbinden, s. Cic. Att. 15, 26, 3: *ut quantum homo possit quam cautissime navigem;* gewöhnlich sagt L. *quantus* od. *quam maximus.* — *noster duor.*, c. 40, 9; 8, 7, 7; 1, 28, 4; 28, 19, 10.

10. 1—3. *praecip.*, vgl. 3, 14, 4.

filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione
ad dictatorem pergit: „iniussu tuo“ inquit, „imperator, extra
ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam:
si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox 3
praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum
agmen ex rupe Tarpeia deiecit.“ tum dictator „macte virtute“ 4
inquit „ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. perge
et nomen Romanum invictum iuvantibus diis praesta.“ armant 5
inde iuvenem aequales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur
gladio ad propiorem habili pugnam; armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum et — quoniam id quoque memoria
dignum antiquis visum est — linguam etiam ab inrisu exserentem
producunt. recipiunt inde se ad stationem, et duo in medio ar- 6
mati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, nequa-
quam visu ac specie aestimantibus pares. corpus alteri magni- 7
tudine eximium, versicolori veste pictisque et auro caelatis refulgens armis: media in altero militaris statura modicaque in armis
habilibus magis quam decoris species. non cantus, non exultatio 8
armorumque agitatio vana, sed pectus animorum iraeque tacitae
plenum omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. ubi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis 9
spe metuque pendentibus, Gallus velut moles superne inminens

— *qui patr.*, c. 5. — *non si* = *ne tum quidem, si*, vgl. 5, 51, 1; 3, 45, 8. — *extraord.*, 8, 6, 16; ib. 7, 7; 23, 46, 14; 25, 18, 11 u. a., Mommsen 1,300. — *praesult.*, προμαχίζεται, mit dem Nebenbegriff der Verachtung, 2, 36, 2; nur hier gebraucht.

5. *pedestre*, 6, 8, 6; 8, 8, 3. — *Hispano*, ein kurzes zweischneidiges Schwerdt, s. 22, 46, 5: *Gallis Hispanisque — dispares ac dissimiles gladii; Gallis praelongi sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus*; welches jedoch erst im 2. Punischen Kriege in Gebrauch kam, vgl. 31, 34, 4. Der Anachronismus fand sich schon bei Quadrigarius, dessen Schilderung dieses Zweikampfes Gellius 9, 13 mittheilt. — *armatum*, vgl. 1, 25, 1. — *adornatum*, mit allem Nöthigen ausgerüstet. — *quoniam*, da einmal, die Bemerkung entschuldigend. — *stolide laetum*, c. 5, 6. — *linguam exs.*, vgl. Cic. Or. 2, 66: *demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* (Marius hatte es aus der Cimbrischen Beute am Forum aufhängen lassen) — *distortum, eiecta lingua.* — *ab inr.*, 10, 5, 2; 3, 15, 6.

6—9. *duo* 1, 13, 8. — *spectaculi* 1, 25, 2. — *destituuntur*, allein gelassen, sich überlassen, vgl. 3, 38, 4 u. a. — *aestimantibus*, 1, 8, 5; 3, 19, 6. — *pictis*, Verg. 8, 588. — *auro c.* etc., Plin. 33, 1, 15: *Gallos cum auro pugnare solitos Torquatus indicio est.* — *decoris* = *decoratis*, anders praef. 6. — *agitatio*, vgl. 1, 25, 5: *agitatio anceps telorum armorumque.* — *pectus*, 1, 59, 8. — *animis — pend.* c. 30, 22. — *velut mol.* etc. L. sich treuer als Claudius an die Sage haltend, schildert den Gallier als einen Riesen, so dass Manlius unter

proiecto laeva scuto in advenientis arma hostis vanum caesim
10 cum ingenti sonitu ensem deiecit: Romanus mucrone subrecto, cum scuto scutum imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit, et in spatium
11 ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum
12 cruore collo circumdedit suo. defixerat pavor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi,
13 gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam fami-
14 liaeque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit.

11 Et hercule tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tiburtem agrum, atque inde societate belli facta com-

seinen Schild kommen kann, und ihm nur bis an den Leib reicht, § 10. — *scuto*, 10, 29, 6. — *vanum*, der Hieb auf den über den Kopf gehaltenen Schild des Manlius geht nicht durch. — *caesim*, s. § 5. — *ense* bei den Galliern sehr lang § 5, aber nur von dünnem Eisen. — *deiecit*, 1, 40, 7.

10. *subrecto*, wegen der Grösse des Galliers nicht gerade aus, sondern in die Höhe gerichtet, s. 8, 8, 10. — *interior p.*, weiter in dem Bereich der Waffen, näher, als die Gefahr reichte, als dass er getroffen werden konnte; 24, 34, 10: *propius quaedam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent.* — *factus*, dieses war er schon als er sich noch unter dem Schilde befand; ein neues Moment enthält *insinuasset.* — *ventrem a. ing.*, anders Claudius l. l.: *Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit — atque Hispanico pectus hausit, deinde continuo humerum — incidit.* — *hausit:* durchbohrte, wie bei Claudius, s. 9, 1, 9; Curt. 7, 8, 27, sonst mehr bei Dichtern, s. Haupt Ov. Met. 5, 126; schon bei Hom. Il. 13, 507: *διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσ'.* — *spatium ing.*, Il. 16, 776: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί.*

11—13. *vexatione*, ohne zu verletzen, *αἰκίζεσθαι.* — *torque*, ein gegliederter Halsring, den die Gallier bekanntlich trugen, 24, 42, 8. — *defixerat* etc., 3, 47, 6; 6, 4, 5: *fecit* — *inter carm.* etc. = *cognomen Torquati auditum inter ioculantes militariter incondita quaedam prope carminum modum* Gronov.; die verwickelte Wortstellung, s. praef. 5, ist vielleicht dadurch entstanden, dass L. eine Wendung wie 5, 49, 7: *inter iocos militares, quos inconditos iaciunt — appellatur* im Sinne hatte, sie aber wegen der näheren Bestimmungen *prope* und *militariter ioc.* aufgab. — *familiaeque*, nähere Bestimmung zu *posteris*, er wurde Beiname dieser Familie der Manlier. Gell. l. l.: *quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati.* — *pro cont.*, c. 7, 3.

11. 1—2. *societate* etc., aus der Verbindung der Tiburtiner mit

meatuque benigne ab Tiburtibus adiutus mox in Campaniam transierit. ea fuit causa, cur proximo anno C. Poetelius Balbus 2
consul, cum collegae eius M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset, adversus Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad 3
quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, foedae populationes in Labicano Tusculanoque et Albano agro haud dubie Tiburtibus ducibus sunt factae. et cum adversus Tiburtem ho- 4
stem duce consule contenta res publica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit, et ex auctoritate patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. dictator, ad continen- 5
dos proprio bello Tiburtis consulari exercitu iusso manere, omnes iuniores nullo detractante militiam sacramento adegit. pugnatum 6
haud procul porta Collina est totius viribus urbis in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi tum subiecta oculis simul verecundia misericordiaque militem accendebant. magna utrimque edita 7
caede avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur sicut arcem belli Gallici petunt: palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus simul cum iis intra portas conpelluntur. egregie cum ab dictatore tum ab con- 8

den Galliern lässt sich die Erbitterung derselben gegen die Römer erkennen, s. 8, 14, 9; Mommsen 1, 318. — *facta* — *adiutus*, s. 5, 18, 5. — *Balbus*, statt dieses sonst nicht erwähnten Zunamens der Pötelier haben die Fasten *Libo*. — *Hernici*, der Geschäftskreis der Magistrate, 3, 2, 3, wird oft mit dem Namen des Volkes bezeichnet, gegen welches Krieg zu führen sie beauftragt sind, s. c. 19, 8; 6, 30, 3; 30, 1, 3 u. a. — *iussu p.*, ist wol die c. 9, 2 erwähnte Kriegserklärung, da sonst der Senat, nicht das Volk, die Provinzen bestimmt, s. 10, 24, 18, zu 28, 40, 3.

3—4. *ad q. aux.* gehört zu *redissent*, 4, 29, 8. — *Labicana* etc., s. 3, 25, 6. — *Albano*, von Alba Longa, vgl. Polyb. 2, 18: *παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα*, s. 6, 42, 5. — *ducibus*, auf ihren Antrieb und unter ihrer Leitung verwüsten sie das fruchtbare und Rom angehörende oder verbündete Land. — *tumult.*, c. 9, 6. — *creari*, der acc. c. inf. bei *cogere* findet sich bisweilen bei L., s. 21, 8, 12; ib. 31, 8; 23, 35, 8 u. a., selten bei Cicero. — *magnos*, 4, 27; 5, 31, vgl. 8, 40, 2.

6—7. *porta Coll.*, s. praef. 1. — *hortamenta*, Tac. Germ. 7: *et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium; hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.* — *verecund.* etc., 6, 36, 2. — *avertitur*, kein vollständiger Sieg, weshalb auch der Dictator nicht triumphirt. — *Gallici*, um das Unwürdige zu bezeichnen: eine latinische Stadt ist der Schutzpunkt für den Krieg. — *cum iis*, s. c. 9, 7: *eum*.

sule res gesta est. et consul alter Fabius proeliis primum par-
vis postremo una insigni pugna, cum hostes totis adorti copiis
9 essent, Hernicos devincit. dictator consulibus in senatu et apud
populum magnifice conlaudatis et suarum quoque rerum illis re-
misso honore dictatura se abdicavit. Poetelius de Gallis Tibur-
tibusque geminum triumphum egit, Fabio satis visum ut ovans
10 urbem iniret. inridere Poeteli triumphum Tiburtes: ubi enim
eum secum acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepida-
tionisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quo-
que fieri impetum viderint et sine discrimine obvios caedi, rece-
11 pisse se intra urbem. eam rem triumpho dignam visam Romanis.
ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in ho-
stium portis, maiorem ipsos trepidationem ante moenia sua vi-
suros.

12 Itaque insequenti anno M. Popilio Laenate Cn. Manlio con-
sulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti
2 ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex somno excita-
tis subita res et nocturnus pavor praebuit, ad hoc multorum in-
3 scitia, qui aut unde hostes advenissent. conclamatum tamen ce-
leriter ad arma est, et portae stationibus murique praesidiis fir-
mati; et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia
neque alium quam Tiburtem hostem ostendit, duabus portis
egressi consules utrimque aciem subeuntium iam muros adgre-
4 diuntur; apparuitque occasione magis quam virtute fretos venisse:
adeo vix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam
bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque
iam seditionem inter patres et plebem metu tam propinqui belli
conpressam.

9—10. *remisso*, aufgegeben und den Consuln überlassen, ihnen zum Opfer gebracht, vgl. 23, 24, 3; 9, 38, 12. — *Fabio* von *satis* (*esse*) abhängig: für F.: *visum* n. *senatui*. — *inrid.* soll c. 12 vorbereiten.

12. 1—3. *Manlius* (*Capitolinus Imperiosus*). — *inscitia*, hier nur Unkenntniss, vgl. c. 34, 13. — *multorum*, der Zusatz ist in Bezug auf § 3 nicht klar, da wenn auch nur Wenige es gewusst hätten, die Ungewissheit leicht hätte gehoben werden können. — *qui — adv.*, s. 28, 19, 5. — *aut*, 1, 1, 7. — *stationib.*, s. 3, 3, 5. — *ostendit*, 9, 35, 2; 21, 27, 4; 22, 6, 9; vgl. 3, 15, 8: *aperuit*. — *duabus*, wol die Esquilina und Praenestina oder Collina.

4. *occasione*, 4, 32, 10. — *seditionem*, vielleicht der Schulden wegen. Wahrscheinlich bezieht sich auf dieses Ereigniss Cic. Brut. 14, 56: *licet aliquid etiam de M. Popillii ingenio suspicari, qui cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in con-*

5 Alius adventus hostium fuit proximo bello agris terribilior quam urbi: 6 populabundi Tarquinienses fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adiacent, peragravere; rebusque nequiquam repetitis novi consules is C. Fabius et C. Plautius iussu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere. — 7 Gallici quoque belli fama increbrescebat. sed inter multos terrores solacio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab his ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta. 8 quo praesidio cum fulta res Romana esset, levius fuit quod Gallos mox Praeneste venisse atque inde circa Pedum consedisse auditum est. 9 dictatorem dici C. Sulpicium placuit. consul ad id accitus C. Plautius dixit; magister equitum dictatori additus M. Valerius. hi robora militum ex duobus consularibus exercitibus electa adversus Gallos duxerunt.

10 Lentius id aliquanto bellum quam parti utrique placebat fuit. cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum Gallicam

tionem seditionemque cum auctoritate tum oratione sedavit.

5—6. *alius* etc., in dem unmittelbar folgenden Kriege fand ein anderer, oder: auch ein Einfall statt, aber dieser u. s. w. — *agris* in Bezug auf § 1. — *bello*, der Krieg begann noch in dem Jahre 395 von den Tarquiniensern, die Römer setzten ihn im folg. fort. Die Etrusker haben seit d. J. 369, s. 6, 9 ff., nichts gegen Rom unternommen. — *qua ex p.*, s. 6, 9, 4. — *Etruriam*, seltene, mehr dichterische Construction statt *Etruriae* oder *ad Etruriam*, vgl. Nepos 13, 2: *gentes quae mare illud adiacent.* — *Fabius* (*Ambustus*). *Plautius* (*Proculus*). — *indixere*, durch Fetialen.

7—8. *pax — data*, ursprünglich war wol gemeint, dafs das Bündniss des Cassius, 2, 33; (*foedere vetusto*) erneuert sei, s. c. 42, 8, aber Rom dem aufgelösten Bunde gegenüber, s. 6, 21, 8; 8, 3 ff., grössere Rechte in Anspruch genommen habe. Die Herniker und einige lat. Städte wie Pedum, Praeneste, Diod. 16, 45, Tibur, scheinen sich später dem Frieden angeschlossen zu haben. Der Grund der Erneuerung des Bundes ist durch *Gallic.* — *increbrescebat*, vgl. 24, 11, 7, angedeutet; zur Sache s. Polyb. 2, 18: *ἐν ᾧ καιρῷ* (nach dem zweiten Einfall der Gallier), *Ῥωμαῖοι τήν τε σφετέραν δύναμιν ἀνέλαβον καὶ τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσαντο*, vgl. Schwegler 2, 338 ff. — *quod n. foedus*, welches sie nicht gehalten, seit 368, s. 6, 10, 6, die Bedingungen zu erfüllen unterlassen hatten, *intermis.* s. c. 3, 8; 5, 37, 5. — *fulta*, s. 3, 60, 9: das röm. Heer wurde dadurch nach 8, 8, 14 verdoppelt. — *Gallos*, die wie im vorhergeh. Jahre, c. 11, 1, andere Gegenden durchzogen hatten. — *Praeneste* ist wie Tibur frei, 6, 29, und mit den Gall. verbündet. — *circa*, in der Gegend von Pedum, 2, 39.

9. *placuit*, der zu ernennende Dictator wird vom Senate bezeichnet, dasselbe geschieht diesesmal, wie *additus* zeigt, in Rücksicht auf den *mag. equitum*, der meist von dem Dictator frei gewählt wird, vgl. jedoch c. 21, 9; 28, 8; 27, 5, 19; Becker 2, 2, 158; 176.

11 ferociam vinceret; dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunae se committere adversus hostem, quem tempus deteriorem in dies et locis alienis faceret sine praeparato commeatu, sine firmo munimento morantem, ad hoc iis corporibus animisque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem lan-
12 guesceret mora. his consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset. milites aegre id patientes primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter in-
13 crepare, quod non iussissent per consules geri bellum: electum esse eximium imperatorem unicum ducem, qui nihil agenti sibi de caelo devolaturam in sinum victoriam censeat. eadem deinde haec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se iniussu im-
14 peratoris aut dimicaturos aut agmine Romam ituros. inmiscerique militibus centuriones, nec in circulis modo fremere sed iam in principiis ac praetorio in unum sermones confundi, atque in contionis magnitudinem crescere turba et vociferare ex omnibus locis, ut extemplo ad dictatorem iretur, verba pro exercitu
13 faceret Sex. Tullius, ut virtute eius dignum esset. Septimum primum pilum iam Tullius ducebat neque erat in exercitu, qui qui-
2 dem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praece-

11. *in dies* ist nähere Bestimmung zu *tempus*. — *et locis al.* scheint *ad hoc*, welches das zweite *et* vertritt, vgl. 21, 18, 4, zu entsprechen. Die ungewöhnliche Stellung der Worte ist viell. dadurch veranlasst, dass L. bei dem vorangestellten *locis al.* schon an *morantem* dachte, welches durch die Zusätze weiter als er ursprünglich beabsichtigte entfernt ist. Die gewöhnliche Lesart ist *locus alienus*, wie sonst oft *tempus* und *locus* verbunden wird, was hier weniger passend erscheint, da der Nachdruck auf *alienis*, s. 5, 48, 2, liegt. — *praeparato* ist Adjectiv, daher *sine*, s. 3, 52, 2; 23, 43, 7; 44, 26, 9: *quantam — praeparatam — copiam inventuri forent;* 3, 26, 11. — *eadem:* die jedoch durch u. s. w.

12—14. *edixerat*, s. 8, 6, 16; 4, 32, 11. — *in stat.* etc., wenn sie vor dem Lager oder des Nachts Wache hielten. — *patres*, s. § 9. — *devolatur.*, 6, 18, 9. — *centuriones*, die sonst die Soldaten von solchen Excessen abhalten. — *circulis*, wo Einzelne zusammen standen. — *principiis* hier die *via principalis*, an welcher das tribunal c. 13, 2 lag. Dort versammelten sich die Soldaten (daher auch *forum* genannt), brachten ihre Klagen vor die Tribunen, wurde von diesen Recht gesprochen u. s. w., s. 28, 25, 5; ib. 24, 10. — *praetorio* hier der freie Platz vor dem Feldherrnzelte, s. 21, 53, 6; Marq. 3, 2, 319; 313. — *vociferare*, 10, 28, 12.

13. 1—2. *septim. pr. p. d.*, er war zum siebentenmale Centurio der ersten Centurie der Triarier; von dem centurio wird *ordines*, *pilum ducere* gebraucht, s. c. 41, 4; 2, 23, 4; Marq. 3, 2, 282; dass bei *septimum* an eine Wiederholung zu denken, nicht der 7. Manipel der Triarier

dens militum agmen ad tribunal pergit, mirantique Sulpicio non
turbam magis quam turbae principem Tullium, imperiis oboe-
dientissimum militem: „scilicet, dictator,“ inquit „condemnatum 3
se universus exercitus a te ignaviae ratus et prope ignominiae
causa destitutum sine armis oravit me, ut suam causam apud te
agerem. equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa 4
foede amissa obici nobis possent, tamen hoc a te impetrari ae-
quum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere et abo-
lere flagitii memoriam nova gloria patereris. etiam ad Aliam 5
fusae legiones eandem, quam per pavorem amiserant, patriam
profectae postea a Veis virtute recuperavere. nobis deum beni-
gnitate, felicitate tua populique Romani et res et gloria est integra.
quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud se- 6
cus quam feminas abditos intra vallum omnibus contumeliis elu-
dunt, et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum
tuum sine animis, sine armis, sine manibus iudicas esse, et
priusquam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te man-
corum ac debilium ducem iudicares esse. quid enim aliud esse 7
causae credamus, cur veteranus dux, fortissimus bello, conpres-
sis, quod aiunt, manibus sedeas? utcumque enim se habet res,
te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de tua verius est.
sin autem non tuum istuc, sed publicum est consilium, et con- 8
sensus aliqui patrum, non Gallicum bellum nos ab urbe, a pe-
natibus nostris ablegatos tenet, quaeso, ut ea quae dicam non a
militibus imperatori dicta censeas, sed a plebe patribus, quae
sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat,
quis tandem suscenseat milites nos esse non servos vestros, ad 9
bellum, non in exilium missos? si quis det signum, in aciem
educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos; si nihil ar-

gemeint ist, zeigt *iam*. — *tribunal*, c. 12, 14; 8, 32, 2.

3—5. *scilicet*, in Bezug auf *miranti*, gleichsam: wundere dich nicht, sondern wisse, s. 40, 9, 1: *aperienda nimirum nocte ianua fuit*. — *destitutam*, s. 10, 4, 4. — *sicubi l.* etc., Gradation, s. 2, 59, 9. *loco cedere*, wenn die Soldaten die ihnen in der Schlacht angewiesene Stelle verlassen. — *ad Aliam*, vgl. 25, 6, 11 ff.

6—8. *quamquam* etc., s. Zumpt § 341. — *ausim*, praef. 1. — *eludunt*, verhöhnen dürfen, s. 1, 48, 2. — *mancorum* = *sine manibus*; *debilium*, Invaliden, unbrauchbar. — *compressis* etc., die Hände in den Schoss legend. — *sin*, weil auch im Vorhergeh. eine Annahme angedeutet ist. — *publicum cons.*, dasselbe was *consensus patrum*, welche die Plebs aus der Stadt entfernen wollen, vielleicht in Beziehung auf c. 12, 4; vgl. 3, 10, 9. — *aliqui*, s. 4, 35, 9: *aliqui plebeius*; 3, 17, 7.

9—11. *quis t. s.*, wer möchte es uns verargen, dass wir — sein, d. h. sein und als solche behandelt sein wollen. — *ac Rom.*, c. 35, 8; 1, 28,

mis opus sit, otium Romae potius quam in castris acturos? haec
10 dicta sint patribus. te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias. cum vincere cupimus tum te duce vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum gra-
11 tantes ovantesque adire.“ orationem Tulli exceperunt preces multitudinis, et undique, ut signum daret, ut capere arma iuberet, clamabant.

14 Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum quod milites vellent se recepit, Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut quo acta more,
2 percontatur. Tullius magno opere a dictatore petere, ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet: multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis alius, quales mota cre-
3 are multitudo soleret, existeret. nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum: illi quoque tamen videndum magno opere esse, ut exercitum in potestate haberet. differri non posse adeo concitatos animos. ipsos sibi locum ac tempus pugnandi
4 sumpturos, si ab imperatore non detur. dum haec loquuntur, iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. in eos saxa coniecta a Gallis, deinde ab
5 Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est. iamque haud procul iusto proelio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. adfirmata certe eo casu Tullii

9. — *oramus* ohne *nos*, weil kein Gegensatz zu einem anderen Subjecte statt findet, s. 6, 6, 15: *facimus;* ib. 26, 1; 23, 8, 9: *Campani.* — *insignem* bezieht sich eigentlich auf den Sieg und Triumph. — *templum*, 10, 7, 10. — *gratant.*, s. 9, 43, 17, sonst mehr dichterisch. — *exceper.*, findet sich auch bei sächlichen Objecten, s. 5, 42, 6; 31, 1, 6, vgl. 1, 53, 4. — *signum*, 6, 12, 7; vgl. auch praef. 1.

14. 1—3. *exemplo h. p.*, s. 10, 15, 12. — *recepit*, 40, 35, 11: *si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes;* Cic. Fam. 13, 72. Doch ist die weite Entfernung des Pron. *se* von *facturum* auffallend, und vielleicht *in se recepit* zu lesen. Dagegen ist § 5: *recipiente—re:* zulassen. — *aut q.*, 1, 1, 7. — *quae — esset*, vgl. 3, 71, 5. — *nam* etc., der Grund von *ne — crederet:* im Folg. bezieht sich *quoque* auf das Verfahren des Tullus: wie er Alles gethan habe um die Soldaten im Gehorsam zu erhalten, so müsse auch, in gleicher Weise u. s. w.; durch *tamen* wird der Satz jedoch zugleich *se quidem* etc. entgegengestellt. — *in potest. h.*, in Gehorsam, vgl. 8, 15, 8; 3, 21, 3.

4—6. *extra v.*, das Vieh befand sich sonst innerhalb des Walles zwischen den Zelten und dem Graben, zur Sache vgl. 44, 40, 7. — *statione*, der Posten vor dem Lager. — *erant, ni*, s. 2, 50, 10. — *multi*

apud dictatorem fides est, nec recipiente iam dilationem re in
posterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui 6
magis animis quam viribus fretus ad certamen descenderet, omnia
circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hostibus
inculeret. sollerti animo rem novam excogitat, qua deinde
multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam
aetate, usi sunt. mulis strata detrahi iubet, binisque tantum cen- 7
tunculis relictis agasones partim captivis partim aegrorum armis
ornatos inponit. his fere mille effectis centum admiscet equites, 8
et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare
iubet, neque inde ante movere quam ab se acceperint signum.
ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit 9
sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. instructo vani 10
terroris apparatu, qui quidem terror plus paene veris viribus
profuit, primo credere duces Gallorum non descensuros in aequum
Romanos; deinde ubi degressos repente viderunt, et ipsi
avidi certaminis in proelium ruunt, priusque pugna coepit quam
signum ab ducibus daretur. Acrius invasere Galli dextrum cornu; **15**
neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset, Sex.
Tullium nomine increpans rogitansque, sicine pugnaturos milites 2
spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minae

nostri, s. Front. Strat. 2, 4, 6: *agasones lixasque armatos simul ire iussit* (Marius) *iumentorumque magnam partem instructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus species adiceretur*, die *centunculi* sind bunte Decken, wie sie die Reiter hatten; die *strata* dagegen hohe Pack=Saumsättel, *clitellae*, an welchen sie wären erkannt worden. Ein ganz anderes Strategem giebt Appian Celt. 1. an.

7—9. *agasones*, s. 6, 24, 10; Lange 1, 395. — *movere*, entweder ist *se* auch hierzu zu denken, oder *movere* reflexiv zu nehmen, wie 10, 4. 9: *nec tamen iniussu movere auderent*. — *adversus*, zugekehrt, gegenüber, c. 15, 5.

10. *instructo* etc., ohne Beziehung auf das Subject des Hauptsatzes, s. 8, 20, 7; 5, 25, 7: *adhibito*, giebt nur die Zeit an, in welcher das *credere — non descensuros* etc. stattfand; das Folg. *deinde* etc. bezieht sich auf § 9. — *qui quid.*: der jedoch; Gegensatz zu *vanus*, da der *apparatus* an sich zwar Blendwerk, aber in seinen Folgen von Bedeutung war.

15. 1. *dextrum*, da die Gallier den rechten Flügel der Römer, also mit ihrem linken, angreifen, der Dictator aber § 4 gegen das *laevum cornu* der Feinde sich wendet, und § 6 von dem *dextrum c.* die Rede ist, als ob dieses das § 1 genannte wäre, so ist wol anzunehmen, dass L. die beiden letzten Bezeichnungen von dem Standpunkte der Römer, welche den linksstehenden Flügel der Gallier von sich aus rechts und den rechten links erblickten, gewählt habe. Drakenb. wollte § 1 *dextro cornu* lesen. Uebrigens enthalten wie oft die beiden *cornua* die ganze Schlachtreihe, eine *media acies* ist nicht vorhanden.

iniussu imperatoris proelium inituros? en ipsum imperatorem clara voce vocare ad proelium et ire armatum ante prima signa! ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint, in castris
3 feroces, in acie pavidi? vera audiebant: itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis a memoria periculi animis. hic primo impetus prope vecors turbavit hostes,
4 eques deinde emissus turbatos avertit. ipse dictator postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert, quo turbam hostium congregari cernebat, et iis qui in monte
5 erant signum quod convenerat dedit. ubi inde quoque novus clamor ortus, et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt, tum metu ne excluderentur omissa pugna est, cursuque
6 effuso ad castra ferebantur. ubi cum occurrisset eis M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat ho-
7 stium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam, plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt. et eorum, quos pavor perculerat in silvas, atrox caedes post seda-
8 tum proelium fuit. nec alius post M. Furium quam C. Sulpicius iustiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato saeptum in Capitolio
9 sacravit. — Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum. nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt, Fabius collega eius incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit.
10 nec in acie tantum ibi cladis acceptum quam quod trecentos se-

2—4. *en*, um den Tadel zu schärfen, s. 28, 27, 8: *in castris en meis* etc. — *prima signa*, der *hastati*, s. 8, 8, 5. — *sequeretur*, 5, 2, 9; der Conj. wol noch in Bezug auf *rogitans*. — *in castris* etc., während sie nur — wären. — *vera*, s. 2, 59, 9. — *labantem* etc. schliesst sich an *turbavit* an. — *una p.*, 4, 28, 2. — *signa* n. *peditum*.

5. *obliquo m.*, der Berg, welchen die Gallier sich gegenüber sehen, erstreckt sich an der einen Seite nach dem Lager zu, so dass die agasones schräg an demselben (*obliquo*) hinreitend den Feinden in den Rükken kommen konnten. — *metu*, s. c. 12, 2; 3, 35, 2. — *excluder.* aus *ad castra* zu vervollständigen, zu *omissa* ist leicht zu ergänzen *ab hostibus* wie *hostes* zu *ferebantur*, s. 9, 13, 2; 6, 30, 4: sie eilten.

7—8. *agasonibusq.*, Erklärung von *fallaci eq. specie*, 3, 1, 3. — *percul.*, so getrieben hatte, dass sie — erreichten. — *Furium*, 5, 49. — *ex G. spol.*, attributiv. — *saxo q.*, s. 6, 4, 12; es sind Gewölbe unter dem Cap. Tempel, s. Nonius p. 112: *favissas eas dici Varro existimat, quos Graeci thesauros vocant, — quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur*, s. Becker 1, 396, vgl. 5, 50, 6.

ten, was nachher und § 12 *testudo* heisst, die indess sonst etwas verschieden ist, vgl. c. 41, 14; 5, 43, 2; Caes. B. G. 1, 24: *phalange facta.* — *nec fac.*, man konnte wegen der langen Lanzen mit dem kurzen Schwerte die Feinde nicht erreichen. — *humi* sollte man eher im folg. Satze erwarten, wie 22, 48, 4: *quae inter acervos caesorum corporum humi strata erant;* allein es kann aufgefasst werden: am Boden, wozu *quae — iacebant* die nähere Erklärung giebt. — *legatorum,* also nicht des Livius; wahrscheinlich sind die Legaten in dem Heere des Decius zu verstehen, da die unter Scipio und Marcius angekommenen Truppen ihre Waffen noch hatten. — *pila,* die also noch zu brauchen waren, sich nicht umgebogen hatten, s. Caes. B. G. 1, 25; zu 7, 23, 8.

7. *quibus pler.,* wir: von denen u. s. w., Z. § 430. — *in scuta,* vgl. 38, 22, 9: *iis (pilis) non vulnerabantur, sed transverberatis scutis plerique inter se conserti haerebant,* 28, 2, 6; eben so Caesar l. l. — *raris,* obgleich die meisten — nur wenige u. s. w., s. 7, 23, 9. — *cuneus,* hier: die in enggeschlossenen Gliedern stehende Phalanx, vgl. 7, 24, 7. — *variaver.,* wechselnde Erfolge gegeben hatte, s. 2, 57, 2; 9, 18, 10.

8—10. *extraxerat,* 4, 43, 8. — *praef. equ.,* es sind die Anführer der Reitereicontingente der Bundesgenossen, vgl. c. 34, 7; 8, 7, 1. — *ad latus — circumd.*, da sie den Feinden in die Flanke fallen sollen, können die Worte nicht bedeuten: an der Seite der Feinde herum, sondern: auf einem Umwege so führen dass sie auf die Seite der Feinde zu stehen kommen, 39, 31, 6: *cum equitibus — paululum circumvectus in cuneum hostium — ab latere incurrit.* — *signa inf.*, da sie sich bis jetzt defensiv verhalten haben. — *conlectis o. s.*, alle nicht in der ersten acies stehenden Truppen, vgl. 9, 27, 9. Von den Bundesgenossen ist auch hier nicht die Rede. — *signum ad*, s. 9, 4, 1.

12 — 24. *Galli — stabant*, die Worte schliessen sich an *sociis* an, und die etwas lockere Verbindung ist in Bezug auf das nach dem, was § 7

quingentos fere equites, excedere acie iubet et circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem; tertiae deinde legionis subsequi 13
principes, et, qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum, instare ac territos caedere. ipse aedem Iovi Victori spolia- 14
que hostium cum vovisset, ad castra Samnitium perrexit, quo multitudo omnis consternata agebatur. sub ipso vallo, quia tan- 15
tam multitudinem portae non recepere, temptata ab exclusis turba suorum pugna est. ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium 16
cecidit. conpulsi deinde intra vallum Samnites parvoque certamine capta castra, et Galli ab tergo circumventi. caesa eo die 17
hostium xxv milia, octo capta. nec incruenta victoria fuit: nam 18
ex P. Decii exercitu caesa VII milia, ex Fabi mille DCC. Fabius dimissis ad quaerendum collegae corpus spolia hostium coniecta in acervum Iovi Victori cremavit. consulis corpus eo die, quia 19
obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit; postero die inventum relatumque est cum multis militum lacrumis. intermissa inde omnium aliarum rerum cura Fabius colle- 20
gae funus omni honore laudibusque meritis celebrat. Et in Etru- **30**
ria per eosdem dies ab Cn. Fulvio propraetore res ex sententia gesta, et praeter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem pugnatum etiam egregie est, Perusinorumque et Clusi- 2
norum caesa amplius milia tria et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen cum per Paelignum agrum fugeret, circum- 3
ventum a Paelignis est. ex milibus quinque ad mille caesi. —

berichtet ist, unerwartete *conferti stabant* wol so zu vervollständigen: denn noch immer standen u. s. w. Indess sieht der Satz einem Glossem sehr ähnlich. *testud.* § 6. — *quingent f. eq.*, die zahlreiche camp. Reiterei, c. 26, 14, ist also in zwei alae getheilt, s. § 8. — *Victori*, s. c. 42, 7, dem Sieg verleihenden, wie Feretrius, Ov. Fast. 4, 621: *occupat Aprilis idus cognomine Victor Iuppiter*, vgl. Marq. 4, 449.

15 — 19. *sub ipso*, dicht unter, oder: noch unter. — *exclusis*, durch *turbā s.* gestützt, ist substantivisch. — *octo*, 21, 59, 1. — *ad quaerend.* etc., auch hier wiederholt sich das 8, 10, 10 Erzählte. — *coniecta* etc., 8, 30, 8. — *Iovi*, 8, 1, 6. — *cumulis* „Leichenhügeln", vgl. Tac. H. 3, 19: *cumulos super et recentia caedis vestigia*.

30. 1—3. *Fulvio*, da allein Fulvius erwähnt wird, so ist anzunehmen, dass nur dieser nach Clusium, Postumius wol nach Falerii gezogen sei, c. 27, 5, um die röm. Grenze zu decken. — *ex sent.*, c. 11, 3. — *inlatam* freier vorangestellt, um alle zu *cladem* gehörige Momente zusammen zu fassen. Der Satz wird durch *et* als Erklärung an den vorhergeh. geknüpft. — *Perusin.* etc., die Stadt hatte sich 9, 40, 19 den Römern ergeben, ist aber mit den übrigen abgefallen, s. c. 10, 6 ff. — *ad vig.* c. 17, 8. — *Paelig.*, die sabellischen Völker sind Rom treu geblieben, aber nur die Päligner, 9, 45, 18, treten so feindlich gegen ihre Stammgenossen auf.

4 Magna eius diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est etiam
5 vero stanti: sed superiecere quidam augendo fidem, qui in hostium
exercitu peditum deciens centena milia, equitum sex et quadra-
ginta milia, mille carpentorum scripsere fuisse, scilicet cum Um-
6 bris Tuscisque, quos et ipsos pugnae adfuisse. et ut Romano-
rum quoque augerent copias, L. Volumnium pro consule ducem
7 consulibus exercitumque eius legionibus consulum adiciunt. in
pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est,
Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum
in Tifernum montem conpulsum non deterritus iniquitate loci
8 fundit fugatque. — Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etru-
riae praesidio suis legionibus deductis ad urbem de Gallis Etru-
scisque ac Samnitibus triumphavit. milites triumphantem secuti
9 sunt. celebrata inconditis carminibus militaribus non magis vi-
ctoria Q. Fabii quam mors praeclara P. Deci est, excitataque
memoria parentis aequata eventu publico privatoque fili laudibus.

4—6. *diei,* statt dessen, was an demselben geschehen ist, wie oft. — *stanti,* wenn man stehen bleibt, 7, 10, 6; 37, 58, 8: *vere aestimanti Aetolicum magis bellum fuit;* Tac. A. 4, 17: *vere reputantibus,* s. 1, 8, 5. — *sed* etc., so holt L. oft abweichende Erzählungen nach, s. 26, 49 u. a. — *superiec. — fid.* ist zu verbinden: sie haben die Grenzen der Glaubwürdigkeit überschritten, vgl. 33, 10, 8; 26, 49, 3: *adeo nullus mentiendi modus est* u. a. — *decies* etc., die Hdss. haben zum Theil XICCCXXX, zum Theil X.CCCXXX, was wahrscheinlich verschrieben ist statt XCCCIↃↃↃ, und eine Million bezeichnen soll, vgl. die Zahlen in den Hss. 21, 17, 9. Dass die angegebene Zahl sehr gross gewesen sein müsse, geht aus dem Vorhergeh. und schon aus dem Berichte des L. hervor, nach dem, obgleich nur Samniten und Gallier gekämpft haben, doch 25000 Feinde gefallen sein sollen, s. Nieb. 3, 451; Hertz vermuthet *milia CCCXXX,* — *carpentorum,* hier nur: zweirädrige Wagen, s. 5, 25, 9. — *cum U. T.,* so dass diese hinzugerechnet werden. — *quos* etc. = *nam et eos* etc. — *Volumnium* etc., dieses hält Nieb. 3, 443 für wahrscheinlicher, s. c. 26, 14; Pauly 3, 397.

7—8. *pluribus ann.,* 4, 7, 10; gewöhnlicher sagt L.: *in annalibus invenio* u. ä. — *Samnit. exerc.,* ein zweites Heer, wie c. 20, 1. — *Tifernum,* von gleichem Namen mit der Stadt und dem Flusse, 9, 44, 6. — *in Etr. pr.,* zum Schutze Etr., wie c. 17, 2 *praesidere,* vgl. 1, 38, 1; 40, 27, 7: *triarii — in praesidio castrorum manere iussi;* 8, 23, 6. Die Feinde werden, da auch das röm. Heer so grosse Verluste erlitten hat, nicht verfolgt. — *de Gall.* etc., ebenso die Triumphalfasten: *an. CDLIIX. prid. Non. Sept. de Samnitibus et Etrusceis Galleis,* vielleicht nach Annalen, welche den c. 31 erwähnten Zug des Fabius vor dessen Triumph setzten. Nach L. hat Fabius bis jetzt nicht die Etrusker besiegt.

9—10. *carminibus* oder ein ähnliches Wort ist in den meisten Hdss. ausgefallen, 5, 49, 7. — *aequata — laud.,* als erreicht, ausgeglichen in Rücksicht auf den Erfolg für — durch den Ruhm (die ruhmvolle That) des Sohnes: *aequata = quae*

data ex praeda militibus aeris octogeni bini sagaque et tunicae, 10
praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda.

His ita rebus gestis nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria **31**
pax erat: nam et Perusinis auctoribus post deductum ab consule
exercitum rebellatum fuerat, et Samnites praedatum in agrum 2
Vescinum Formianumque et parte alia in Aeserninum quaeque
Vulturno adiacent flumini descendere. adversus eos Ap. Claudius 3
praetor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Etruria rebel-
lante denuo quattuor milia et quingentos Perusinorum occidit;
cepit ad mille septingentos quadraginta, qui redempti singuli 4
aeris trecentis decem; praeda alia omnis militibus concessa. Sa- 5
mnitium legiones, cum partem Ap. Claudius praetor partem L.
Volumnius pro consule sequeretur, in agrum Stellatem convene-
runt. ibi et Samnitium omnes considunt, et Appius Volumnius-
que castra coniungunt. pugnatum infestissimis animis, hinc ira 6
stimulante adversus rebellantes totiens, illinc ab ultima iam dimi-
cantibus spe. caesa ergo Samnitium sedecim milia trecenti, ca- 7
pta duo milia septingenti; ex Romano exercitu cecidere duo mi-

aequata esset, vgl. 9, 10, 3: *eum — devotioni P. Decii — aequabant;* 33, 23, 8; 35, 30, 12: *aequantibus eum gloria — imperatori Romano;* 6, 20, 8; doch ist, da das Lob des Sohnes zunächst gefeiert werden soll, vgl. c. 46, 4; 30, 26, 8, *laudibus* a. u. St. wol besser als Ablat. zu nehmen. Der Ausdruck ist durch die vielen Ablative etwas hart, und dunkel, da *laudibus* auch Dativ sein könnte, s. 33, 21, 3 u. a. — *aer.*, Pfundasse, s. 4, 41, 10; Mommsen Münzwesen S. 260 ff.: das erste Beispiel einer solchen Schenkung bei dem Triumphe. — *militiae*, gehört zu *praemia; illa temp.* sollte hervorgehoben werden. — *haudq. spern.*, litotes, 30, 45, 5: *Polybius haudquaquam spernendus auctor;* 1, 35, 5 u. a.

31. 1—2. *ita* ist durch die ungewöhnliche Stellung, 7, 38, 2, u. das Asyndeton gehoben. — *nec — adhuc*, *non adhuc = nondum*. — *Perusinis*, die Niederlage c. 30 war also nicht bedeutend gewesen. — *Vescinum*, vgl. c. 20 f.; *Formian.*, 8, 14, 10. — *parte al. – adi.*, c. 26, 9. Die Stelle ist verdorben, da die Hdss. meist *partem aliam — adiacet* haben, und *Aeserninum*, da *Aesernia* in Samnium liegt, nicht richtig sein kann. Doch sieht man, dass ein Heer in das Vulturnus-, das andere in das Liristhal zieht.

3—6. *praetor*, s. 7, 25, 12. — *Fabius*, er hätte also sein Heer nach dem Triumphe nicht entlassen, wie c. 46, 9; das des Decius müsste schon vor dem Aufstande nach Samnium geschickt worden sein, s. c. 30, 8. — *rebellante* ist nach *rebellatum* der Deutlichkeit wegen wiederholt. — *aeris trec.*, wie c. 30, 10, nach römischem Gelde, obgleich auch in Etrurien damals Kupfer gemünzt wurde, s. c. 16, 6. — *Stellatem*, 9, 44, 5; Volumnius scheint umgangen zu sein. — *Samnit. omnes*, alle von den Samniten die hier in Betracht kommen, die unter den Waffen sind, vgl. 29, 24, 10, verschieden ist 9, 42, 11. — *ab ult. s.*, c. 5, 2.

8 lia septingenti. — Felix annus bellicis rebus, pestilentia gravis prodigiisque sollicitus. nam et terram multifariam pluvisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum est, li-
9 brique ob haec aditi. — Eo anno Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit, ex quo multaticio aere Veneris aedem, quae prope circum est, faciendam curavit.
10 Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum iam volumen annumque sextum et quadragensimum a M. Valerio A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intu-

8—9. *felix* etc., nachträgliche Notizen. — *pestilentia,* wenn ungeachtet derselben so grosse Anstrengungen gemacht werden, so ist wol anzunehmen, dass mehr die Stadt als das Land gelitten habe. — *gravis*, 3, 6, 2. — *prodigiis*, L. giebt dieselben schon hier, wie sonst bisweilen in der ersten Decade, s. 3, 5; 10; 29; 7, 28; 8, 6; 10, 23 wol aus den Annalisten, ausführlicher an, obgleich sie erst vom J. d. St. 505 an durch die Priester genauer aufgezeichnet zu sein scheinen, s. T. Livi ab ur. c. periochae ed. Jahn p. XX. — *terram pl.*, vgl. 37, 3, 3; 42, 20, 6; 45, 16, 5. — *plerosque*, c. 13, 14. Diese mussten wie andere prodigia procurirt werden. — *libri* etc., 3, 10, 7. — *matronas*, c. 23, 10; nicht pellices oder meretrices, mit denen ein stuprum nicht begangen wird, Rein Criminalrecht S. 859f. — *multavit*, er veranlasste die Bestrafung, indem er als Aedil (vgl. 8, 22, 3; 7, 16, 9, wo auch *aedilis* fehlt) in comitiis tribut. auf eine Mult antrug. — *multaticio*, c. 23, 13. — *Veneris*, vgl. 1, 33, 5: *ad Murciae*, der erste Tempel der Venus, deren Cultus wol in jener Zeit mit der Aeneassage nach Rom gekommen war, s. 22, 9, 9; 10, 23, 12; Preller 392; Becker 1, 472.

31, 10—**36.** Fortsetzung des Kriegs in Samnium; Zonar. 8, 1.

10—15. bilden den Uebergang zu der Darstellung der folgenden Kämpfe. Der Zusammenhang ist: immer noch sind Kriege mit den Samniten zu erzählen, da selbst die grossen Niederlagen in den letzten Jahren den Muth derselben nicht haben beugen können. Allein statt einfach diesen Grund anzugeben, nimmt L. zugleich auf die Ausdauer der kämpfenden Völker in den früheren Jahren Rücksicht in dem Satze *ne* — *vinci*, in welchem *tot* — *actos*, zu *tamen* — *vinci* in concessivem Verhältnisse steht, wie im folg. *proximo* — *poterant* zu *tamen* — *abstinebant:* wenn auch die früheren Kämpfe nicht, wie man hätte denken können die Samniten ermüdet hatten, so hätte man erwarten sollen, dass es in dem letzten Jahre geschehen sein würde; aber ungeachtet der schweren Niederlagen setzten sie doch den Krieg fort.

10—12. *volumen*, s. Einl. §. 11. — *an. num. s. e. q.*, der Krieg hat unter den genannten Consuln 411 a. u. begonnen; bis zum Consulate des Fabius u. Decius hat L. nur 45 Consulnpaare; allein er betrachtet hier, wie *proximo anno* § 12 zeigt, das Jahr dieser Consuln als schon vollendet und rechnet von dem Beginn des Consulatjahres des L. Postumius u. M. Atilius zurück 46 Jahre. Diese Zahl lässt nicht zweifeln, dass er die Dictatorenjahre, s. c. 5, 14, nicht in Rechnung bringt, sonst würde ihm das Jahr des Fabius u. Decius das 49. nach 411 sein, wie in den Fasten. — *agimus*, beschäftigen uns

lerunt, agimus. et ne tot annorum clades utriusque gentis labo- 11
resque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa
pectora vinci, proximo anno Samnites in Sentinati agro Paelignis 12
ad Tifernum Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis,
ab quattuor exercitibus, quattuor ducibus Romanis caesi fuerant;
imperatorem clarissimum gentis suae amiserant; socios belli, 13
Etruscos Umbros Gallos, in eadem fortuna videbant, qua ipsi
erant; nec suis nec externis viribus iam stare poterant — tamen 14
bello non abstinebant: adeo ne infeliciter quidem defensae liber-
tatis taedebat, et vinci quam non temptare victoriam malebant.
quinam sit ille, quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo le- 15
gendoque, quae gerentes non fatigaverunt?

Q. Fabium P. Decium L. Postumius Megellus et M. Atilius **32**
Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta pro-
vincia est, quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam al- 2
tero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari fini-
bus fama erat. Postumium valetudo adversa Romae tenuit, Ati- 3
lius extemplo profectus, ut in Samnio hostes — ita enim placuerat
patribus — nondum regressos opprimeret. velut ex conposito 4
ibi obvium habuere hostem, ubi et intrare [vastare] ipsi Samni-

mit u. s. w. — *proximo a.*, davor ist zu denken: so will ich nur sagen, s. 21, 10, 11; Z. §. 772 a. E., zu *Paelignis* aber *in* zu wiederholen. — *ad Tif.*, c. 30, 7: am Tif., nicht wie sonst: bei Tif. — *Statell. c.*, gewöhnlicher im Singular, s. 8, 11, 12; 22, 13, 6. — *ipsi* sie für sich. — *quatt. exerc.*, eigentlich nur drei, da Appius das des Decius anführte. — *imperat. cl.*, s. c. 29, 16; 8, 39, 9.

13—15. *qua ipsi*, ohne *in*, weil auch zu dem vorhergeh. Satze *esse* zu denken ist, c. 19, 5. — *nec — poterant* enthält logisch die Folge aus den drei letzten Sätzen, und ist in dieser Beziehung keinem derselben coordinirt, allein rhetorisch entsprechen die beiden Sätze mit dem Plusquamp. denen mit dem Imperf.: *videbant — poterant.* — *stare*, feststehen, sich behaupten. — *quinam*, was müsste das für ein Mensch sein. — *scrib. legend.*, fast gleich *scribentem* etc., 2, 32, 4; daher auch *gerentes* entsprechend. — *fatigaverunt*, weil *bella* nicht solche, sondern die Kriege bedeutet. Zu dem Gedanken vgl. 6, 12, 2.

32. 1—3. *Postumius*, c. 26, 15, — *tres*, c. 31, 2; 20, 1; vgl. Nieb. 3, 454. — *repeti*, in verschiedenem Sinne zu den beiden Objecten zu nehmen: wieder nach Etrur., wieder auf Plünderung ausziehen. — *fama erat*, wahrscheinlich wusste man in Rom sehr wohl, was die Samniten thaten und wollten. — *regressos*, nach Etrurien und Campanien. — *placuerat*, 8, 15, 3.

4—6. *ibi — ubi*, an einem solchen Orte, wo u. s. w., s. c. 33, 7. — *habuere* ist wegen *vel. ex conposito:* wie nach Verabredung, von den Römern und Samniten zu verstehen. — *et — prohiberentur — prohiberent*, Umschreibung des reciproken Verhältnisses, dass sie sich gegenseitig hindern in ihr Land einzudringen; zu *prohiberentur* ist *ab hostibus* zu denken. — *intrare*

tium agrum prohiberentur, et regredi inde in pacata sociorum-
5 que populi Romani fines Samnitem prohiberent. cum castra ca-
stris conlata essent, quod vix Romanus totiens victor auderet,
ausi Samnites sunt — tantum desperatio ultima temeritatis facit —
castra Romana oppugnare; et quamquam non venit ad finem tam
6 audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. nebula erat ad
multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu
modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium
7 inter se conspectu. hac velut latebra insidiarum freti Samnites
vixdum satis certa luce et eam ipsam premente calligine ad sta-
tionem Romanam in porta segniter agentem vigilias perveniunt.
8 inproviso oppressis nec animi satis ad resistendum nec virium
9 fuit. ab tergo castrorum decumana porta impetus factus; itaque
captum quaestorium quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus.
33 conclamatum inde ad arma. Consul tumultu excitus cohortes duas
sociorum Lucanam Suessanamque, quae proximae forte erant,

etc., vgl. 6, 9, 4; *vastare* ist wol Glossem. — *pacata* etc., das Campaner- Volsker- Aurunkerland, s. c. 31, 2; nicht nach Etrurien, das sich unterwarf. — *castra c.*, 4, 27, 5. — *quod — aud.* nachdrücklich vor *castra R. opp.* gestellte Bemerkung, vgl. 9, 41, 18: *mirabilia. — haud om.*, keineswegs ganz. — *ad mult. d.*, c. 28, 2; 22, 45, 1 u. a. — *eriperet* n. *hominibus* oder *iis*, s. Cic. N. D. 1, 3, 5. — *prospectu — conspectu*, Chiasmus und Annomination. — *adempto*, was eigentlich Folge ist, wird als bereits eingetretener, begleitender Umstand dargestellt, s. zu 21, 1, 5.

7—9. *callig.* (so in den Hdss.) wird nicht selten von dichtem Nebel gebraucht. Dieser hindert jetzt das Tageslicht hervorzubrechen, *premente*, s. 29, 27, 10. — *stationem — vigilias*, sonst stehen die *stationes*, verschieden von den *vigiliae*, vor dem Lager oder der Stadt, 3, 5, 4; 8, 8, 1; 25, 38, 16: *non vigiliarum ordinem non stationes iustas esse*, vgl. 9, 24, 5. An uns. St. ist nach d. Folg. die Thorwache zu denken, 7, 12, 3. — *decumana*, 3, 5, 5; über den Abl. wie c. 33, 1: *principali via*, s. 2, 11, 5; 3, 51, 10: *porta Collina urbem intravere*, 26, 10, 1; ib. 11, 11; 27, 37, 11 u. oft, vgl. 21, 56, 9. — *quaestor.*, das Zelt des Quästors, s. 4, 43, 4; es stand in dem kleinen Lager, in dem nur ein consularisches Heer sich befand, wie es L. hier voraussetzt, auf dem freien Platze zwischen der via quintana und der porta decumana, die davon auch die quaestoria hiess, s. 34, 47, 1, vgl. 41, 3, 11; Polyb. 6, 32 extr. In der folg. Schilderung ist Einiges nicht klar.

33. 1—2. *cohortes*, die Truppenabtheilungen welche von einzelnen Bundesstaaten gestellt wurden und je ein Ganzes bildeten, c. 40, 8; im Gegensatze zu diesen wird die röm. Legion damals noch in Manipel getheilt, wie aus u. St deutlich hervorgeht, s. Marq. 3, 2, 303. — *Lucan.*, auch die fernen Lucaner müssen nach ihrem Bündniss, s. c. 12, Truppen stellen. — *Suessan.*, Suessa als latin. Colonie ist ein Bundesstaat. — *proxim.*, die socii lagern sonst hinter den Legionen in den letzten Zeltreihen, also weit von dem praetorium, s. 7, 12, 14, welches in dem einfachen Lager

tueri praetorium iubet, manipulos legionum principali via inducit. vixdum satis aptatis armis in ordines eunt, et clamore magis quam 2 oculis hostem noscunt, nec quantus numerus sit aestimari potest. cedunt primo incerti fortunae suae, et hostem introrsum in me- 3 dia castra accipiunt. inde cum consul vociferaretur, expulsine extra vallum castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans, cla- 4 more sublato conixi primo resistunt, deinde inferunt pedem urgentque, et inpulsos semel terrore eodem agunt, quo coeperunt, 5 expellunt extra portam vallumque. inde pergere ac persequi, quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat, non ausi liberatis castris contenti receperunt se intra vallum trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primae vigiliumque et 6 eorum qui circa quaestorium oppressi periere ad DCCXXX.

Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit, et non 7 modo proferre inde castra Romanum sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pa-

zwischen der via quintana und principalis stand, durch das forum von dem quaestorium getrennt, das ungewöhnliche Erscheinen der Cohorten in der Nähe desselben wird durch *forte* angedeutet. — *princip. via*, der 100 F., s. Polyb. 6, 31, breite Weg zwischen der porta principalis dextra u. sinistra, s. 4, 19, 8; der Ausdruck findet sich ausser bei Schriftstellern über das Kriegswesen nur bei L. — *inducit*, der Consul müsste beabsichtigt haben, die Soldaten sich auf der via principalis ordnen zu lassen, um dann auf der via praetoria nach dem quaestorium vorzurücken. Allein diese war in dem kleinen Lager durch das praetorium an jener Stelle eingenommen, und durch das Versammeln der Legionssoldaten auf der via princip. wäre gerade der Theil des Lagers entblösst worden, in den die Feinde eingedrungen waren. Deutlicher wäre dieser Theil der Schilderung, wenn ein grosses Lager gedacht würde, in welchem das quaestorium zwischen der via principalis und der porta praetoria stand, und so durch die Aufstellung auf der via princ. der Theil wo die Legionen und socii lagerten, gedeckt worden wäre. — *clamore* nach dem Geschrei; s. 22, 5, 4: *et erat in tanta calligine maior usus aurium quam oculorum.*

3—6. *incerti f. s.*, ungewiss über ihre Lage. — *in med. c.*, die Feinde müssten also neben dem praetorium vorbei auf die principia gekommen sein. — *deinde* n. *si recessissent*. — *conixi*, s. 1, 33, 5. — *resistunt*, 2, 65, 5. — *terrore*, transitiv: der Schrecken, den sie erregen. — *quo coep.* würde, wenn es fehlte, nicht vermisst werden. — *circa insid.*, in der Gegend umher, 1, 17, 4. — *stat. vig.*, s. c. 32, 7. — *vigilium*, 4, 35, 4. — *circa quaest.*, die dort in der Nähe lagerten, oder als Wache aufgestellt gewesen waren, als die Feinde erschienen, nicht im Kampfe, sondern überrascht (*oppressi*).

7 — 8. *audacia*, Wagniss. — *proferre* dient nach c. 32, 4 nur zur Einleitung des Folgenden. — *Soranum*, in dessen Nähe also das Lager war. — *pabulatores*, natür-

8 bulatores ibant. quarum rerum fama, tumultuosior etiam quam
res erant, perlata Romam coegit L. Postumium consulem vixdum
9 validum proficisci ex urbe. prius tamen quam exiret, militibus
edicto Soram iussis convenire, ipse aedem Victoriae, quam aedi-
lis curulis ex multaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit.
10 ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegae
perrexit. inde postquam Samnites diffisi duobus exercitibus re-
sisti posse recesserunt, diversi consules ad vastandos agros ur-
34 besque oppugnandas discedunt. Postumius Milioniam oppugnare
adortus vi primo atque impetu, dein, postquam ea parum proce-
2 debant, opere ac vineis demum iniunctis muro cepit. ibi capta
iam urbe ab hora quarta usque ad octavam fere horam omnibus
partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est; postremo poti-
3 tur oppido Romanus. Samnitium caesi tria milia ducenti, capti
4 quattuor milia septingenti praeter praedam aliam. inde Feritrum
ductae legiones, unde oppidani cum omnibus rebus suis, quae
ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio exces-
5 serunt. igitur simul advenit consul, primo ita conpositus instru-
ctusque moenibus successit, tamquam idem, quod ad Milioniam

lich Romani. — *quar. r. e.*, c. 4, 1. — *coegit* etc., c. 32, 3.

9. *edicto* etc., nachdem die Soldaten bereits den 3, 20, 3 erwähnten Eid geleistet haben, erhalten sie den Befehl gerüstet an dem bezeichneten Orte sich zu versammeln. Wie *edicere* braucht L. auch *indicere*, s. c. 38, 4, gewöhnlicher mit *diem ad conveniendum* und dem Ortsnamen, s. 6, 22, 8; 22, 11, 3. — *aed. Vict.*, viell. auf dem Capitolium, s. Preller Myth. S. 609, vgl. Becker I, 252 f. — *aedil.* — *dedicavit* ist früher übergangen, Marq. 4, 223.

34. 1—3. *Milionia*, die Marser müssten also abgefallen oder hier eine andere Stadt als c. 3, 5 gemeint sein. — *vi atque imp.*, das Specielle neben dem Allgemeinen, ebenso schliesst sich *vineis* an *opere*, nur auf jenes bezieht sich *demum*, vgl. 1, 28, 9: *vineis*, 2, 17, 1. *iniunctis m.*, 4, 9, 14; 5, 7, 2. — *hora* — *horam*, 8, 38, 10. — *capta* heisst die Stadt schon nachdem die Mauern erstiegen sind; *potitur*, nach den Kämpfen in den Strassen (*omnib. partibus*). — *caesi* — *capti*, sonst tritt diese constructio ad synesin, Z. §. 368, gewöhnlich nur ein, wenn sich das Prädicat unmittelbar an die Hunderte anschliesst, oder wenigstens nicht vor *milia* steht, während in dem letzteren Falle fast immer das Neutr. gebraucht wird; doch finden sich einzelne Abweichungen, s. c. 46, 12: *caesa — duo milia quadringenti, minus duo milia capti;* c. 36, 14: *caesos rettulere ad quattuor milia octingentos;* 27, 16, 7; 37, 40, 1. — *praedam al.*, zu der auch die Gefangenen gehören.

4—7. *Feritrum*, der Name und die Lage der Stadt sind nicht sicher. — *compositus in.*, dieses das Speciellere: in geordnetem Zuge und zwar in Schlachtordnung; beides ist auf den Führer bezogen, 3, 27, 6. — *moenib. succ.*, 9, 14, 9. — *idem cert.*, Z. § 432; *foret*, in seiner ursprünglichen Bedeutung. —

fuerat, certaminis foret; deinde, ut silentium vastum in urbe, nec 6
arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi de-
serta moenia militem detinet, ne quam occultam in fraudem in-
cautus rueret. duas turmas sociorum Latini nominis circumequi- 7
tare moenia atque explorare omnia iubet. equites portam unam
alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt,
itineribusque his vestigia nocturnae hostium fugae. adequitant 8
deinde sensim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam
conspiciunt, et consuli referunt excessum urbe; solitudine haud
dubia id perspicuum esse et recentibus vestigiis fugae ac strage
rerum in trepidatione nocturna relictarum passim. his auditis 9
consul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circumducit
agmen. constitutis haud procul porta signis quinque equites iu-
bet intrare urbem, et modicum spatium progressos tris manere
eodem loco, si tuta videantur, duos explorata ad se referre. qui 10
ubi redierunt rettuleruntque eo se progressos, unde in omnes
partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem
vidisse, extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit, ce- 11
teros interim castra communire iussit. ingressi milites refractis 12
foribus paucos graves aetate aut invalidos inveniunt relictaque
quae migratu difficilia essent. ea direpta, et cognitum ex captivis 13
est communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam; suos
prima vigilia profectos; credere eandem in aliis urbibus solitudi-
nem inventuros. dictis captivorum fides extitit, desertis oppidis 14
consul potitur.

Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. **35**

nec vor *arma* knüpft zugleich an das Vorhergeh. an. — *ac mur.*, s. 7, 34, 13: *ac pigritia.* — *vidit*, wie 6, 25, 9. — *turmas soc.*, sie hatten je 60 (die röm. 30) Mann, 5 bildeten eine ala, Marq. 3, 2, 305. — *circumequit.*, L. denkt die Stadt wie Milionia in der Ebene liegend, vgl. c. 43, 5. Die ausführliche Schilderung der Besetzung und der folg. Schlacht ist wol einer späteren Quelle entlehnt. — *unam alter.*, vgl. Sall. I. 60, 7: *unae atque alterae;* Cic. Fam. 3, 9, 2: *unum alterumve diem.* — *eadem reg.*, Z. § 482; vgl. 3, 66, 5; 25, 11, 7; ib. 25, 8: *portis regione platearum patentibus,* 33, 17, 6 u. a. — *itiner. his*, die da herausführten.

8—12. *rectis it. p.*, dass man bei den geraden Strassen ungehindert durchziehen könne. — *consuli ref.*, gewöhnlich heisst es *referre ad aliquem*, wie § 9, doch s. Caes. B. G. 1, 37: *haec — Caesari mandata referebantur.* — *strage*, 2, 59, 8; 35, 30, 5: *strage armorum saepta via est.* — *constitutis*, in der Schilderung herrscht das Asyndeton vor. — *progressos* = *si progressi essent* bezieht sich auf alle fünf Reiter, daher nicht *iis progressis.* — *cohortes*, Abtheilungen, 3, 69, 8. — *migratu*, für den Transport.

13—14. *communi c.*, 4, 35, 4. — *inventuros* n. *Romanos* oder *eos.* — *fid. extit.*, die Aussagen bestätigten sich, 1, 16, 5.

cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira
2 vires aequavit. proelium varium et anceps fuit, tristius tamen eventu Romanis, et quia insueti erant vinci et quia digredientes magis quam in ipso certamine senserunt, quantum in sua parte
3 plus vulnerum ac caedis fuisset. itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret. tum quoque sollicita nox fuit iam invasurum castra Samnitem credenti-
4 bus aut prima luce cum victoribus conserendas manus. minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat. ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt: sed via una et ea ipsa praeter hostes erat; qua ingressi praebuere speciem recta tendentium
5 ad castra oppugnanda. consul arma capere milites iubet et sequi se extra vallum; legatis tribunis praefectis sociorum imperat quod
6 apud quemque facto opus est. omnes adfirmant se quidem omnia facturos, sed militum iacere animos; tota nocte inter vulnera et
7 gemitus morientium vigilatum esse; si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint; nunc
8 pudore a fuga contineri, alioqui pro victis esse. quae ubi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus,
9 ut ad quosque venerat cunctantes arma capere, increpabat, quid cessarent tergiversarenturque; hostem in castra venturum, nisi illi extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnaturos, si pro vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse;

35. 1—3. *Luceriam*, die Samniten suchen die sie bedrohende Colonie, 9, 26, 4, zu entfernen. Wahrscheinlich hat das dritte der c. 32, 1 erwähnten Heere diese Expedition unternommen. — *ira v. a.*, die Worte sind zweideutig, entweder: der Zorn gab (beiden Theilen, da erst der eine, dann der andere siegte) gleiche Kraft; oder: der Zorn gab den Samniten, die sonst immer unterlagen, gleiche Kraft mit den Römern; oder: die Erbitterung war eben so gross als die Kraft. — *tristius ev.*, 9, 38, 8. — *caedis*, 1, 59, 10. — *tum q.*, 9, 13, 9. — *sollicita*, 29, 23, 1. — *iam* vgl. 5, 39, 6.

4—7. *ad h.*, c. 29, 4; 7, 7, 4. — *qua* scheint hier Pronomen zu sein, vgl. de ordin. rep. 1, 15: *prava via ingressus;* sonst ist es Adverb., s. 4, 39, 2; 29, 2, 5 u. a.; Cic. Tusc. 5, 39, 115: *qua vellet ingredi posset*, vgl. L. 8, 36, 9, gewöhnlicher ist der Accusativ, s. 3, 17, 6 u. a. — *praef. soc.*, s. zu 8, 36, 6. — *apud q.*, von ihm, in seinem Kreise, vgl. 8, 8, 11: *apud principes*. — *tantum — fuisse*, in orat. recta: *si venissent, tantum — fuit, ut*, s. 3. 72, 7. — *pudore*, 27, 12, 15. — *alioqui*, sonst im Uebrigen. — *pro v.* 2, 7, 3.

8—10. *circumeund.*, 8, 36, 6. — *illi*, 3, 61, 14. — *extra c. ex.*, aus dem Lager hinaus wie sich *extra* auch bei Verben der Bewegung findet, vgl. 3, 4, 8 *intra*. — *pugnat. n. illos:* sie wären in der Lage, dass sie — würden, sie müssten. — *dubiam*, wenn man kämpfe sei der Sieg wenigstens nur ungewiss; der com-

qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem aut ser- 10
vitutem patiendam. haec iurganti increpantique respondebant 11
confectos se pugna hesterna esse, nec virium quicquam nec sanguinis superesse; maiorem multitudinem hostium apparere quam
pridie fuerit. inter haec adpropinquabat agmen; et iam beviore 12
intervallo certiora intuentes vallum secum portare Samnitem ad-
firmant nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. tunc 13
enimvero consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste: „etiamne 14
circumsedebimur“ inquit „in castris, ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur?“ dii bene verterent, facerentque quod se dignum quisque ducerent:
consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum 15
adversus hostes, casurumque inter signa Samnitium potius quam
circumvallari castra Romana videat. dicta consulis legati tribuni- 16
que et omnes turmae equitum et centuriones primorum ordinum
adprobavere. tum pudore victus miles segniter arma capit, segni- 17
ter e castris egreditur; longo agmine nec continenti maesti ac prope victi procedunt adversus hostem nec spe nec animo certio-
rem. itaque simul conspecta sunt Romana signa extemplo a 18
primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur,

munis Mars belli. — *atque iner.* ist genauere Bestimmung von *nudus*, beide zusammen entsprechen wie *armatis* dem ersten Befehl § 5: *arma capere;* dagegen *dimicantibus* und *hostem maneat* dem zweiten *sequi se* etc.

11—15. *confectos*, 1, 23, 9. — *certiora*, wir brauchen das Adverbium. — *enimvero:* das sei doch wahrlich u. s. w., steht auch mit *indignum* in Beziehung, 9, 26, 13; 25, 41, 1: *enimvero indignum ratus;* 34, 58, 4: *enimvero id auditu etiam dicere indignum esse;* 43, 1, 9: *enimvero senatus indignari;* anders 1, 51, 8. — *etiamne:* sollen wir auch noch. Ueber den Wechsel der Rede 1, 13, 3. — *si nec. e.*, wenn es anders sein muss, vgl. dagegen 9, 4, 10; 7, 35, 8. — *per virtut.*, der Unterschied des Abl. *fame, ferro* u. *per*, Z. § 301 tritt hier deutlich hervor. — *dii b. v.*, c. 18, 14. — *facerent* n. die Soldaten.

16—19. *turmae eq.*, die Ritter werden wegen ihres höheren Ranges, s. c. 28, 7, bisweilen den Officieren der Legion an die Seite gestellt, 9, 38, 8; 21, 59, 9 u. a. — *primor. ord.*, die höchsten im Range, damals wol die der Triarier, vgl. 8, 39, 4; 26, 5, 12 u. a.; später die der ersten Cohorte in der Legion, s. Kraner Caes. B. C. S. 40. — *segniter a. c.* fehlt zwar in mehreren guten Hdss., scheint aber theils der Symmetrie, theils des Gedankens wegen, s. § 5: *arma capere;* § 9: *armatis — inermes*, nöthig, vgl. 6, 7, 2: *segniter arma capta, cunctabundosque — egressos castris.* — *longo*, nicht in regelmässiger Schlachtordnung, die Manipel in der gehörigen Entfernung neben, sondern hinter einander und in Zwischenräumen, s. c. 36, 17; 3, 28, 2; Nieb. 3, 119. — *prope victi*, vgl. 1, 25, 11. — *certiorem*, eben so wenig Zuver-

19 exire, id quod timuerint, ad inpediendum iter Romanos; nullam
inde ne fugae quidem patere viam; illo loco aut cadendum esse
36 aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum. In medio
sarcinas coniciunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem.
2 iam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant expectan-
3 tes, dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet. neu-
tris animus est ad pugnandum, diversique integri atque intacti
abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte
inter invitos tergiversantisque segnis pugna clamore incerto atque
4 inpari coepit, nec vestigio quisquam movebatur. tum consul Ro-
manus, ut rem excitaret equitum paucas turmas extra ordinem
inmisit; quorum cum plerique delapsi ex equis essent et alii tur-
bati, et a Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, et
5 ad suos tuendos ab Romanis procursum est. inde paulum inri-
tata pugna est, sed aliquanto et inpigre magis et plures procur-
rerant Samnites; et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis
6 proculcavit. hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam, iam-
que in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul equo
praevectus ad portam castrorum ac statione equitum ibi opposita
7 edictoque, ut quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus
sive Samnis esset, pro hoste haberent, haec ipsa minitans obstitit

sicht hatte. — *per*, 9, 39, 8. — *eorum*, 1, 28, 10.

36. 1—3. *in medio* haben hier die Hdss.: zusammenwerfen an einem Orte, wie 22, 2, 8: *in aqua;* Cic. Fin. 5, 30, 92: *in mari abiecerat;* sonst braucht L. *in medium conicere.* — *instruunt*, sie bilden eine geordnete Schlachtlinie. — *exiguum*, nur noch u. s. w. — *dum*, 9, 32, 5. — *clamor*, hysteron proteron, c. 29, 8. — *ad pugn.*, 9, 4, 1. — *integri a. i.*, c. 14, 20. — *instaturum*, 2, 7, 9; 7, 39, 4. — *sua sp.*, von sächlichen Dingen bisweilen gebraucht, s. 2, 23, 2 u. a., soll hier neben *invitos terg.* wol nur bedeuten, dass die Schlacht ohne bestimmtes Commando, wie die Einzelnen sich dazu veranlasst fühlen, beginnt, vgl. c. 19, 14. — *clamore in.* etc., 4, 37, 9. — *vestigio* 21, 44, 6; dagegen 44, 26, 11: *inde — vestigium moturos.* — *moveb.*, reflexiv; im Gegensatz zu *procurrere* § 4.

4—7. *excitaret*, im Gegensatz zu *segnis p.:* um mehr zu beleben, s. 7, 2, 6; nachher *inritata.* — *extra ord.*, nicht in einem Angriff der gesammten Reiterei. — *plerique*, c. 13, 14. — *et* vor *alii* (die übrigen) ist vielleicht durch das folg. *et* entstanden. — *inpigre et pl.*, 2, 30, 11. — *ipse*, 2, 9, 5. — *subsidia*, die hinter ihnen stehenden Fusstruppen. — *in terga p.*, Flor. 2, 23 (4, 12), 7: *terga hostium percecidit;* vgl. 1, 14, 11. — *statione*, eine Abtheilung als Posten. — *opposita*, den Fliehenden 6, 23, 12; ib. 24, 5. — *edicto q.*, s. Z. § 647. — *haberent* n. *eum*, was hier, obgleich der Nominat. *quicumque* vorausgeht fehlen konnte, weil kein Nachdruck darauf liegt, s. 6, 4, 5 u. a. — *haec ipsa*, eben das, was er den Reitern zu thun befohlen hat; doch erwartet man des Gegensatzes wegen mehr *haec ipse.*

profuse tendentibus suis in castra. „quo pergis“ inquit, „miles? 8
et hic arma et viros invenies, nec vivo consule tuo nisi victor
castra intrabis: proinde elige, cum cive an hoste pugnare malis.“
haec dicente consule equites infestis cuspidibus circumfunduntur 9
ac peditem in pugnam redire iubent. non virtus solum consulis
sed fors etiam adiuvit, quod non institerunt Samnites, spatium-
que circumagendi signa vertendique aciem ab castris in hostem
fuit. tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam; centuriones ab 10
signiferis rapta signa inferre et ostendere suis paucos et ordini-
bus inconpositis effuse venire hostes. inter haec consul manus 11
ad caelum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Iovi
Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, redintegrato-
que proelio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. omnes 12
undique adnisi ad restituendam pugnam, duces milites, peditum
equitumque vis. numen etiam deorum respexisse nomen Roma-
num visum: adeo facile inclinata res, repulsique a castris hostes,
mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat.
ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium, 13
haesere inpediti; deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum
sarcinis circumdant. tum vero eos a fronte urgere pedites, ab 14
tergo circumvecti equites. ita in medio caesi captique. captivo-
rum numerus fuit septem milium octingentorum, qui omnes nudi
sub iugum missi; caesos rettulere ad quattuor milia octingentos.
ne Romanis quidem laeta victoria fuit: recensente consule biduo 15
acceptam cladem amissorum militum numerus relatus septem
milium octingentorum.

Dum haec in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites 16
Interamnam coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare

9—12. *cuspid.*, 8, 7, 9. — *circumfund.*, c. 25, 6. — *adiuvit*, absolut, doch kann *eum* oder *rem* leicht hinzugedacht werden. Ueber *fors* s. 6, 12, 11; ib. 30, 6. — *circumagendi*, 6, 24, 7. — *rapta*, 3, 70, 10 u. a. — *inconpos.*, in nicht recht geordneten; *effuse*, in aufgelösten Gliedern. — *Iovi St.*, daher *constitissent*, vgl. 1, 12, 6; Schwegler 1, 484; Preller 1, 176. — *numen*, die wirksame Kraft der Götter, s. 7, 30, 20; 5, 51, 4. — *inclin. r.*, nahm die Sache eine günstige Wendung.

13—14. *haesere*, 8, 38, 14. — *orbem*, 4, 39, 4. — *caesi*, 9, 27, 14. — *numer. f.*, ist auch zu *septem m. oct.* zu denken, und der Genitiv davon abhängig: war die Zahl von u. s. w., bestand aus. — *nudi*, 3, 29, 1; 9, 42, 7. — *rettulere*, die damit Beauftragten, oder: man.

16—19. *dum — ger.*, vgl. c. 18, 1. — *Interamnam*, 9, 28, 8. — *via Lat.*, gewöhnlich auf, Z. § 482, hier an der lat. Strasse, von der Interamna, etwas südlich von Casinum, nicht weit entfernt war. Das c. 33, 10 erwähnte Auseinandergehen der Samniten war also nicht von Bedeutung gewesen. —

17 conati urbem non tenuerunt: agros depopulati cum praedam aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem; nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo atque inpedito
18 agmine inconpositi caeduntur. consul Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque vocatis et exercitu ibi
19 relicto comitiorum causa Romam est profectus. cui de triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot milia militum et quod captivos sine pactione sub iugum misisset.

37 Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, Etruriam transducto exercitu primum pervastaverat Vol-
2 siniensem agrum, dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat. duo milia octingenti Etruscorum caesi; ceteros propinquitas urbis tutata est. in Rusellanum
3 agrum exercitus traductus; ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum; capta amplius duo milia hominum,
4 minus duo milia circa muros caesa. pax tamen clarior maiorque quam bellum in Etruria eo anno fuerat parta est: tres validissimae urbes, Etruriae capita, Volsinii Perusia Arretium, pacem pe-
5 tiere; et vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, indutias in quadraginta annos impetraverunt. multa praesens quingentum milium aeris in singu-

inde, attributiv, 5, 39, 6: *omne inde tempus*, s. 1, 39, 3. — *longo*, c. 35, 17. — *revocatis* es scheinen die Colonisten, so weit sie nicht gefangen waren, und andere Bewohner der Stadt und des Landes zu sein, die sich geflüchtet hatten; Ducker vermuthet *evocatis*; einige Hss. haben *vocatis*, was viell. passender ist. — *sine pact.*, s. 9, 11, 8; 6, 3, 3; 10; nach diesen Worten müssen also die Feinde bei der deditio ausdrücklich erklären dass sie diese Schmach über sich wollen ergehen lassen, s. 9, 42, 7, wie die Römer 9, 4, 3, vgl. ib. c. 5, 4.

1—3. *Etruriam*, Küstenländer stehen bisweilen ohne Präpos., s. 8, 24, 17; 27, 4, 6; 31, 43, 5: *Aegyptum avexit;* 37, 31, 6; *Hellespontum veniunt;* 36, 42, 4: *navigari Peloponnesum* u. a.; Z. § 398 An. — *Volsiniens.*, 9, 41, 6, auf einer wahrscheinlich dieser Stadt gehörenden Münze *Velsu* genannt, Denis S. 337; Mommsen Münzwesen S. 268. — *egressis* n. Volsiniensibus. — *Rusellanum*, c. 4, 5; Dennis S. 528.

4—5. *pax* etc., die Erfolge des Krieges waren grösser als dieser selbst gewesen war, s. 1, 35, 7; weil auch nicht überwundene Städte Frieden suchten. — *tamen:* obgleich nach den Siegen des Consuls ein Friede zu erwarten war, so war doch dieser u. s. w. — *tres val.*, 9, 37, 12, nur ist dort statt *Volsinii* als dritte *Cortona* genannt. — *Arretium* hat ungeachtet der engen Verbindung der Optimaten mit Rom, c. 5, 13; 18, 5, sich den Feinden desselben angeschlossen, vgl. 27, 21; 24. — *vestimentis* etc., 9, 43, 6. — *oratores*, 6, 1, 6. — *indutias*, 9, 37, 12. — *multa*, Kriegscontribution. — *quing. m. a.*, vgl. c. 31, 4. — Dadurch werden die Samniten

las civitates inposita. — Ob hasce res gestas consul cum trium- 6
phum ab senatu moris magis causa quam spe impetrandi petis-
set, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset, alios, 7
quod iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, par-
tim suos inimicos partim collegae amicos ad solacium ae-
quatae repulsae sibi quoque negare triumphum: „non ita“
inquit, „patres conscripti, vestrae maiestatis meminero, ut 8
me consulem esse obliviscar. eodem iure imperii, quo bella
gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis,
victoria et pace parta triumphabo.“ ita senatum reliquit. 9
inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne
novo exemplo triumpharet aiebat, pars auxilio se adversus colle-
gas triumphanti futuros. iactata res ad populum est, vocatusque 10
eo consul cum M. Horatium L. Valerium consules, Gaium Mar-
cium Rutilum nuper, patrem eius, qui tunc censor esset, non ex
auctoritate senatus sed iussu populi triumphasse diceret, adicie- 11
bat se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret mancupia no-
bilium tribunos plebis legem inpedituros: voluntatem sibi ac fa-

genöthigt, allein den Krieg fortzuführen.

6—8. *Ob hasce* etc., der Nachsatz folgt § 8: *inquit* — *moris* etc., mehr weil siegreiche Feldherrn nach der Sitte bei dem Senate um den Triumph zu bitten pflegten als u. s. w., s. 3, 63, 7; 26, 21, 2; 28, 38, 4. — *tardius*, s. c. 32, 3. — *ab urb.*, c. 43, 13; 21, 13, 7: *ab Sagunto exire* u. a. Dass dieses ein Grund gewesen sei den Triumph zu verweigern wird sonst nicht berichtet, s. Becker 2, 2, 80 ff. — *iniussu sen.*, der Senat macht schon jetzt den Grundsatz geltend, dass der Magistrat die ihm einmal angewiesene Provinz nicht ohne specielle Erlaubniss verlassen dürfe, s. c. 18, 11; 27, 43, 6; Becker 2, 2, 121; namentlich musste der, welcher triumphiren wollte, in seiner Provinz, s. 3, 2, 2, gesiegt haben, vgl. 28, 9, 10; 34, 10, 5. — *ad sol.*, um ihm in der gleichen Zurückweisung (*aequat. rep.* ist Genitiv) oder durch dieselbe einen Trost zu gewähren, vgl. 5, 24, 5. — *maiestatis sen.* wird oft erwähnt, s. 2, 7, 7. — *ut me cons.*, da sonst nach dem Herkommen die Magistrate an die Beschlüsse des Senates gebunden, und in den Kreisen, wo derselbe zu bestimmen hat, ihm unterworfen sind, nur die Beschlüsse zu veranlassen haben, s. 8, 20, 12; Becker 2, 2, 454. — *subactis*, in Bezug auf Samnium übertreibend. — *ita*, und damit.

qui vim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Sae- 12
pinum maior vis hostium restitit. saepe in acie, saepe in agmine,
saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugna-
tum. nec obsidio sed bellum ex aequo erat: non enim muris ma-
gis se Samnites quam armis ac viris moenia tutabantur. tandem 13
pugnando in obsidionem iustam coegit hostes, obsidendoque vi
atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus caedis edi- 14
tum capta urbe: vii milia cccc caesi, capta minus iii milia ho-
minum. praeda, quae plurima fuit congestis Samnitium rebus in
urbes paucas, militi concessa est. Nives iam omnia oppleverant, **46**
nec durari extra tecta poterat: itaque consul exercitum de Samnio
deduxit. venienti Romam triumphus omnium consensu est dela- 2
tus. triumphavit in magistratu insigni, ut illorum temporum ha-
bitus erat, triumpho. pedites equitesque insignes donis transiere 3
ac transvecti sunt; multae civicae coronae vallaresque ac murales

9 u. a. — *parvo adm.*, gar wenig mehr; sonst kommt *parvo* in diesem Sinne bei früheren Schriftstellern nicht vor, Plin. H. N. 2, 67, 168: *parvo brevius.* — *plures* n. als getödtet waren. — *vim fr.*, in den rauhen Gebirgen, namentlich auf dem M. Matese, tritt der Winter früher ein. — *patiebant.*, konnten ertragen; indess bleibt das Heer des Papirius noch länger in Samnium, c. 46, 1.

12—14. *ad Saep.* knüpft an c. 44, 9 an. — *maior vis*, doch wird nicht wie von Carvilius *ancipiti proelio* gekämpft. — *in acie*, in Schlachtordnung gestellt, 5, 41, 4. — *in agmine*, auf dem Marsche, ehe sie vor die Stadt kommen, 23, 27, 2; 40, 39, 7, vgl. 29, 36, 4: *in ipso itinere — conflixit.* — *bellum e. a.*, ein eigentlicher Krieg, wo beide Theile gleiche Vortheile und Nachtheile haben, weil die Mauern den Feinden nicht wie gewöhnlich Schutz gewährten, sondern von ihnen geschützt wurden. — *ex aequo*, attributiv, s. 27, 2, 3: *luctu — ex praeterito*, 23, 7, 10 u. a., vgl. 7, 30, 2. — *muris — moen.*, c. 17, 7; 22, 60, 23, chiastisch, das Vorbergeh.: *saepe* etc. anaphorisch. — *obsid. vi* etc., durch regelmässige Belagerung, dann durch Sturm, der durch Belagerungswerke vorbereitet und unterstützt wird. — *paucas*, weil die Samniten *vicatim* wohnten, s. c. 17, 2.

46. 1—3. *consensu*, s. 8, 13, 9. — *triumph.* — *delatus*, die Andeutung, dass Papir. ohne darum nachzusuchen den Triumph erhalten habe, s. 3, 29, 4; 2, 47, 10, liegt nicht nothwendig in dem Worte. — *triumphav.* — *triumpho*, 2, 58, 5; 25, 18, 15: *donis donatus* u. a. Nach den Triumphalfasten *an. CDLX. Id. Febr. de Samnitibus.* — *in magist.*, ist, obgleich damals das Gewöhnliche, s. Mommsen röm. Chronologie S. 84, von L. nur selten bemerkt, s. 8, 26, 7. — *donis*, c. 44, 3; sie werden zum Theil im Folg. erwähnt. — *transvecti*, die Ritter, 9, 46, 15. — *civicae*, 6, 20, 7. — *vallares*, sonst *castrenses*, s. Gell. 5, 6, 17: *castrensis est corona, qua*

4 conspectae. inspectata spolia Samnitium et decore ac pulchritu-
dine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu lo-
corum erant, conparabantur; nobiles aliquot captivi clari suis pa-
5 trumque factis ducti; aeris gravis travecta viciens centum milia
et DXXXIII milia — id aes redactum ex captivis dicebatur —, ar-
genti, quod captum ex urbibus erat, pondo MDCCCXXX. omne aes
argentumque in aerarium conditum, militibus nihil datum ex
6 praeda est. auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum
etiam in stipendium militum conlatum est, cum, si spreta gloria
fuisset captivae pecuniae in aerarium inlatae, et militi tum dari
7 ex praeda et stipendium militare praestari potuisset. aedem Qui-
rini dedicavit; quam in ipsa dimicatione votam apud neminem ve-

donat imperator eum, qui primus hostium castra introivit; ea corona insigne valli habet.

4—5. *inspect. n. sunt,* absichtlich neben *conspectae* gestellt: genau betrachtet, vgl. Kraner Caes. B. C. 2, 20, 4. — *frequenti — locorum,* die gleichartigen Redetheile sind, wie oft, zusammengestellt. — *conparab.,* c. 30, 9: *aequata.* — *ducti,* 3, 28, 10. — *aeris gr.,* 4, 41, 10; Kupfergeld war in einem Theile von Samnium gebräuchlich, doch ist es hier von denen gegeben, welche die Gefangenen gekauft haben. Das Silber kann Silbergeschirr oder Silbergeld, welches aus den griechischen Städten, aus Lucanien und Campanien nach Samnium kam, gewesen sein, Mommsen Münzwesen S. 274. — *centum,* sonst auch *centena.* Die Wiederholung von *milia* ist regelmässig, nicht aber die Verbindung *et* (*quingenta*) st. *viciens quinquiens c. m.,* wahrscheinlich war ursprünglich nur |XXV| XXXIII geschrieben, s. Marquardt 3, 2, 32, woraus bei der Auflösung in den Hdss. *vic. cent. mil. et aXXXIII* entstanden ist. — *ex urbibus,* nach c. 44, 8; 45, 14 wäre die Beute den Soldaten überlassen worden, vgl. jedoch 9, 37, 10.

6. *tributum* etc., eine aus Ruhmsucht (*gloria* etc.) hervorgegangene Verletzung der Einrichtung, nach welcher die Staatscasse den Sold zu tragen hatte, 4, 58f., also zunächst die Beute dazu hätte verwendet werden sollen. — *inlatae,* gebracht zu haben. — *captivae,* 1, 53, 3; 21, 33, 11. — *tum,* nach Beendigung des Feldzugs, in Bezug auf die welche sie schon erhalten haben. — *et stip.,* da 1 Pfund Silber etwa 40 Pfund Erz entspricht, so beträgt die ganze Beute etwa 2600000 Pfund Erz, die unter 10000 M. hätte vertheilt werden können, und es geht, wenn die Worte L's genau sind, daraus hervor, dass der Sold damals nicht 1200, sondern etwa 240 Liberalas gewesen sei, Mommsen die Tribus S. 43; Marquardt 3, 2, 75. — *praestari* = *praeberi,* 2, 18, 11; 5, 32, 5, gewöhnlich von der Staatscasse gebraucht, nicht = *dari,* weshalb, obgleich sonst die Feldherrn den Sold nach geendigtem Feldzuge auszahlen, die hdschr. Lesart *praestare* nicht statt haben kann.

7. *Quirini,* auf dem Quirinalis, wo nach 4, 21 schon ein Tempel des Quirinus stand, der jetzt vielleicht wieder hergestellt worden ist, vgl. Plin. 7, 60, 213: *princeps Romanis solarium horologium statuisse ante XII annos quam cum Pyrrho bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius, Cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam, — proditur,* vgl. Becker 1, 570; Preller S. 331; als

terem auctorem invenio, neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset: ab dictatore patre votam filius consul dedicavit exor-
navitque hostium spoliis; quorum tanta multitudo fuit, ut non tem- 8
plum tantum forumque iis ornaretur, sed sociis etiam colonisque
finitumis ad templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur. ab triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio 9
ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit.

Inter haec Carvilius consul in Etruria Troilum primum op- 10
pugnare adortus cccclxx ditissimos, pecunia grandi pactos, ut
abire inde liceret, dimisit, ceteram multitudinem oppidumque 11
ipsum vi cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugna-
vit. caesa ibi hostium ii milia cccc, minus ii milia capti. et Fa- 12
liscis pacem petentibus annuas indutias dedit pactus c milia gra-
vis aeris et stipendium eius anni militibus: his rebus actis ad 13
triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus quam col-
legae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum. aeris 14
gravis tulit in aerarium ccclxxx milia; reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit prope aedem eius deae

Tag der Dedication wird der 29 Iun. angegeben. — *tam exig.*, während des Feldzuges. — *dedicavit* scheint wiederholt, weil L. der Gedanke vorschwebte: vielmehr hat er ihn geweiht, da u. s. w.; zur Sache s. 29, 11, 13; Marq. 4, 224.

8—9. *forumq.* etc., in der 9, 40, 16 bezeichneten Weise. — *sociis e.* etc., was hier beiläufig erwähnt wird, war wahrscheinlich wenigstens in Bezug auf die Campaner gewöhnlich, 9, 40, 17. — *ab tr.*, sogleich nach, s. c. 31, 3. — *Vescinum*, wie c. 20; 31. — *infesta ab*, 6, 5, 3; vgl. 7, 25, 4: *mare infestum classibus — erat.* — *hibernat.*, 7, 38, 4.

10—13. *Troilum*, es ist zweifelhaft, ob es die sonst Trossulum genannte Stadt gewesen sei, Dennis S. 347. — *castella*, 9, 41, 6. — *caesa — capti*, c. 45, 14. — *centum m.*, also mehr als die reichen Städte, c. 37, 5. — *indutias*, s. 9, 5, 1. — *triumphum*, nach den Triumphalfasten hat er früher statt gehabt als der des Papirius, *an. CDLX. Idib. Ian. de Samnitibus*, s. § 2.

14. *reliquo aere* ist im Allgemeinen das Geld, womit die beiden folg. Ausgaben bestritten werden, *de manubiis* und *de praeda* sind, wenn auch grammatisch nicht genau, zur näheren Bestimmung woher das Einzelne genommen worden sei, hinzugefügt. — *Fortis Fort.*, Donat. *Fortuna dicta est incerta res, Fors Fortuna eventus fortunae bonus.* Der Tempel stand trans Tiberim; den des Servius hat L. nicht erwähnt, 1, 42, 3; Becker 1, 479. Wie wenig es L. um Vollständigkeit zu thun war, zeigt Plin. 34, 7, 43: *fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus* (s. 9, 40, 3) *eorum ocreisque et galeis; amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiari Iove*, s. Mommsen 1, 449; Preller S. 209. — *manubiis*, 1, 55, 7, das aus dem Verkauf der Beute gelöste Geld, von dem die Feldherrn einen Theil bekamen, s. 23, 11, 3, wel-

15 ab rege Servio Tullio dedicatam: et militibus ex praeda centenos binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus ma-
16 lignitate collegae gratius accipientibus munus divisit. favor consulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum eius, qui dicta die a M. Scantio tribuno plebis fugerat in legatione, ut fama ferebat, populi iudicium; iactarique magis quam peragi accusatio eius poterat.

47 Exacto iam anno novi tribuni plebis magistratum inierant, hisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suf-
2 fecti. — Lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina C. Marcio Rutilo censoribus: censa capitum milia CCLXII. CCCXXI. censores vicesimi sexti a primis censoribus, lustrum undevicesi-

chen sie bisweilen auf Erbauung von Tempeln, die Verschönerung der Stadt u. s. w. verwendeten, s. Cic. leg. agr. 2, 23: *si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre;* L. 33, 27, 4.

15. *alterum tant.*, 1, 36, 7. — *centur. a. eq.*, ebenso bekommen die beiden genannten Classen gleichen Antheil, 33, 23, 7: *duplex;* ib. 37, 12: *triplex*, vgl. 4, 34, 4; in der Regel erhält der Centurio das Doppelte, der Ritter das Dreifache des gemeinen Soldaten, in demselben Verhältnisse wie den Sold; vgl. 34, 52, 11; 37, 59, 6 u. a. — *malignitate*, 5, 22, 1.

16. *favor*, die Gunst, in der er stand. — *dicta d.*, c. 13, 14, wegen des ungesetzlichen Verfahrens während seiner Amtsführung, c. 37; Rein Criminalrecht S. 601. — *legatione*, indem er eine Stelle als Legat annahm; die militärischen Legaten wählte der Feldherr selbst; die übrigen der Senat, s. Marq. 3, 1, 282; sie konnten, so lange sie im Dienste des Staates abwesend waren, gerichtlich nicht belangt werden. — *iactari*, 1, 50, 2. *quam per.*, der Ankläger scheint nach der Rückkehr des Postumius nicht mehr im Amte gewesen zu sein, die neuen Tribunen die Anklage nicht aufgenommen zu haben.

47. Verschiedene Nachrichten.

1. *iam* scheint sich auf die ebenberührte Anklage des Postumius zu beziehen: des Jahr (es ist wol das Amtsjahr der Volkstribunen) war damals bereits abgelaufen. — *hisq. ipsis*, gerade die welche so eben das Amt angetreten hatten, im Gegensatze zu *alii.* — *vitio creat.*, die Worte *ipsis — creati erant* fehlen in einer guten Hds., doch ist nicht zu bezweifeln, dass sie ächt sind, da auch 30, 39, 8 vorausgesetzt wird, dass die plebejischen Magistrate, wenn auch nicht von Anfang an, unter Auspicien gewählt worden sind; von welcher Zeit an dieses geschehen sei, lässt sich nicht bestimmen, s. Lange 1, 597; Marq. 2, 3, 121, vgl. L. 40, 42, 10. — *quinque p. d.*, der Antrittstermin der Tribunen ist durch diese Unregelmässigkeit nicht wie der anderer Magistrate verändert worden, sondern immer der 10. December geblieben.

2. *lustrum*, s. 1, 44, 2; es ist seit langer Zeit das erste, welches von L. erwähnt wird, s. 3, 24, 10; 9, 19, 2; Mommsen Chronol. S. 166. — *milia* etc., vgl. 7, 25, 8; 9, 19, 2. — *vicesimi s.*, L. hat nur einige, die gewöhnlich, welche etwas Be-

mum fuit. — Eodem anno coronati primum ob res bello bene 3
gestas ludos Romanos spectarunt; palmaeque tum primum trans-
lato e Graecia more victoribus datae. — Eodem anno ab aedili- 4
bus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis
via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. — Comitia consula- 5
ria L. Papirius habuit: creavit consules Q. Fabium Maximi f. Gur-
gitem et D. Iunium Brutum Scaevam: ipse Papirius praetor fa-
ctus. — Multis rebus laetus annus vix ad solacium unius mali, 6
pestilentiae urentis simul urbem atque agros, suffecit, portento-
que iam similis clades erat: et libri aditi, quinam finis aut quod
remedium eius mali ab diis daretur. inventum in libris Aescula- 7
pium ab Epidauro Romam arcessendum. neque eo anno, quia

merkenswerthes gethan haben erwähnt. Nach den Fasten ist es das dreissigste Censorenpaar. — *lustrum undev.*, die Fasten geben das dreissigste an, indem sie von dem ersten lustrum an zählen, während L. die lustra von den ersten Censoren, welche nach dem 10 lustrum s. 3, 24, 10, eingesetzt wurden, zu rechnen scheint, so dass zu den 19 von ihm angegebenen die 10 oder 11 früheren hinzuzunehmen sind. Dass mehrere Censoren das lustrum nicht gehalten haben, zeigt die Zahl derselben.

3. *ob res b.* etc., gehört zu *coronati*, s. Polyb. 6, 39: *οἱ τυχόντες τῶν τοιούτων* (Kronen u. a.) *δωρεῶν — τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις*, s. c. 46, 3; vgl. jedoch 25, 12, 15; Gell. 6 (7), 4, 5; Mommsen 1, 762. — *palmae*, Palmzweige als Siegespreise; es ist wol an die Kämpfer in den circens. Spielen zu denken. Sowol dieses als die Bekränzung scheint durch griechischen Einfluss herbeigeführt zu sein, der sich jetzt schon in mehrfachen Verhältnissen geltend macht, s. 9, 45, 1; Plin. 34, 6, 26; Nieb. 3, 363.

4. *ludos*, s. 6, 42, 12; 8, 40, 2; vgl. 10, 23, 13. — *pecuariis*, c. 23, 13, vgl. Nitzsch die Gracchen S. 16. — *a Martis*, s. c. 23, 12; 6, 5, 8. — *ad Bovillas*, ist eine Fortsetzung des c. 23 erwähnten Weges, aber keine *semita*, sondern ein Fahrweg, nicht mit behauenen Steinen belegt, sondern nur gepflastert. Da die Appische Strasse ebenfalls nach Bovillae führte, so ist wol anzunehmen, dass diese anfangs nicht vollständig gepflastert gewesen sei, s. Becker 1, 512, weniger wahrscheinlich, dass ein zweiter Weg neben derselben sei angelegt worden, Becker, Gallus 1, 71. Eine neue Herstellung des Weges wird 38, 28, 3 erwähnt.

5. *creavit*, 1, 32, 1. — *Fabium*, c. 31; *Maximi f.*, s. 4, 16, 7: *Cincinnati*. — *Brutum*, c. 43. — *ipse*, er hat sich also selbst renuntiirt, s. c. 15, 10.

6—7. *pestilentiae*, sie dauert schon das dritte Jahr, c. 31, 8; Nieb. 3, 477. — *urentis*, tropisch wie c. 17, 1; 36, 23, 5: *labore urente*. — *portento sim.*, 8, 18, 11. — *libri ad.* etc., vgl. 5, 13, 5. — *Aesculap.*, die sibyll. Bücher ordnen wie in anderen Fällen, 5, 13, 6, die Verehrung eines griechischen Gottes, und zwar, da Apollo schon aufgenommen ist, die eines anderen Heilgottes an, Mommsen 1, 409; Schwegler 1, 803; Preller S. 134. — *ab Epidaur.*, ob der Name der

bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum, praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

Stadt, die auf der Küste von Argolis lag, in den sibyllin. Büchern stand, oder als der Ort, wo Aesculap besonders verehrt wurde, von den Decemvirn hinzugefügt ist, lässt sich nicht entscheiden. — *bello occ.*, die gewöhnliche Construct. bei L., der selten, wie Cicero, *in* hinzufügt, 34, 6, 15: *in luxuria — occupatae erant;* 41, 3, 7: *in praeda occupati.* Der Krieg erscheint also wichtiger als Pest und Götterspruch, vgl. Periocha XI. — *supplicatio*, ein Bettag wie c. 23, 1.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA LIBRORUM PERIOCHAE.

LIBRI SEXTI.

Res adversus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae: Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est; in cuius notam senatus consultum factum est, ne cui de Manlia gente Marco nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis legem promulgaverunt, ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur; eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex, ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

LIBRI SEPTIMI.

Duo novi magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare se non perseveraturum in accusatione. cum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae. in eam Curtius armatus sedens equo praecipitavit; ita expleta. T. Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit et ex eo Torquatus est nuncupatus. duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege *ab ipso* lata damnatus est, quod

plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit, et ex eo Corvini nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos *XXIII* haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non inpetrarent, urbem et agros populo Romano dediderunt. ob quam causam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab A. Cornelio consule exercitus in locum inicum deductus in magno discrimine esset, P. Deci Muris tribuni militum opera servatus est, qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit; ipse ab hostibus circumsessus erupit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relicti erant, de occupanda urbe conspirassent, et detecto consilio metu supplici a populo Romano defecissent, per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

LIBRI OCTAVI.

Latini cum Campanis defecere, et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. qua legatione perlata praetor eorum Annius de *Capitolio* ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum eius adversus Latinos pugnaverat, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu et, concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex iuventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis in oppidum ex eis captum Cales colonia deducta est; item Fregellae colonia deducta est. veneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, cum rebellassent, victis civitas data est. Neapolitani bello et obsidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est et pro consule triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione bene gerendae rei invitatus, contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit, et, cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

LIBRI NONI.

T. Veturius Sp. Postumius consules apud Furcas Caudinas deducto in locum artum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sescentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur; idemque auctore Sp. Postumio consule, qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis et omnibus qui foedus spoponderant dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sescentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Oufentina et Falerna. Suessam et Pontias coloniae deductae sunt. Appius Claudius censor aquam Claudiam perduxit; viam stravit quae Appia vocata est; libertinorum filios in senatum legit: ideoque, quoniam is ordo indignis inquinatus videbatur, sequentis anni consules in senatu observaverunt, quem ad modum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos Etruscos et Umbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit per forensem factionem creatus. quae cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit; eaque res Fabio Maximo nomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi Romani viribus, quae tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore quam de his gentibus, quas ad Orientem imperio suo subiecerat.

LIBRI DECIMI.

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. lex de provocatione ad populum a Murena consule tertio tunc lata est. duae tribus adiectae sunt, Aniensis et Terentina. Samnitibus bellum indictum est et adversus eos saepe prospere pugnatum est. cum adversus Etruscos Umbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in maximo discrimine esset, P. Decius secutus exemplum patris devovit se pro exercitu, et morte sua victoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui iure iurando obstrictus, quo maiore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum: censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLXXII}}$ et CCCXXX.

LIBRI UNDECIMI.

Cum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc fili ignominiam eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit; C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho securi percussit. cum pestilentia civitas laboraret, missi legati, ut Aesculapi signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportaverunt; eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedes Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam, cum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. pacem petentibus Samnitibus foedus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul Samnitibus caesis et Sabinis, qui rebellaverant, victis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphavit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumviri capitales tunc primum creati sunt. censu acto lustrum conditum est: censa sunt civium capita CCLXXII. plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. res praeterea contra Vulsinienses gestas continet, item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

LIBRI DUODECIMI.

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto L. Caecilius praetor ab eis cum legionibus caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui praeerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de his iniuriis quererentur, missi pulsati sunt. ob id bellum eis indictum est. Samnites defecerunt. adversus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquot proeliis a conpluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibellio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.

LIBRI TREDECIMI.

Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit. populabundus usque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra ut patriam desereret a rege temptatus est. captivi sine pretio remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit, ut conponendae pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam, et

sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit: censa sunt civium capita CCLXXXVII CCXXII. iterum adversos Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quarto foedus renovatum est. cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites et Etruscos prospere gestas continet.

LIBRI QUARTI DECIMI.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est. Curius Dentatus cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona primus vendidit; item Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt capita civium CCLXXI CCXXXIIII. cum Ptolemaeo Aegypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viva defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

LIBRI QUINTI DECIMI.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. legio Campana, quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

LIBRI SEXTI DECIMI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur; contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset; transgressisque tunc primum mare exercitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum: censa sunt civium capita CCCLXXXII CCXXXIIII. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. colonia Aesernia deducta est. res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

LIBRI SEPTIMI DECIMI.

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem, velut in conloquium evocatus, captus est. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni tribuni militum virtute et opera evasit, qui cum trecentis militibus eruptione facta hostes in se converterat. Hannibal dux Poenorum victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.

LIBRI DUODEVICESIMI.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit, et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum missas questus est, in quibus inter causas petendi successoris, quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo Lacedaemoniorum duce victus proelio et captus est. res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus *M'.* Valerius Maximus censores cum senatum legerent, XVI senatu moverunt; lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita CCXCVII DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captivis ageret, sed iure iurando adstrictus rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit et, cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto perit.

LIBRI UNDEVICESIMI.

Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, iussit mergi pullos qui cibari nolebant. infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem; qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectavit. A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captivorum cum Poenis facta est. coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita CCXLI CCXII. Claudia, so-

ror P. Claudi, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens cum turba premeretur, dixit „utinam frater meus viveret! iterum classem duceret.“ ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tunc primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maximus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit, nec passus est a sacris recedere. rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis summam victoriae C. Lutatius consul victa ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.

LIBRI VICESIMI.

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt. Spoletium colonia deducta est. adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt. praetorum numerus ampliatus est, ut essent quattuor. Galli Transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. eo bello populum Romanum sui Latinique nominis trecenta milia armatorum habuisse dicit. exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul occiso Gallorum Insubrium duce Virdomaro opima spolia rettulit. Histri subacti sunt. item Illyrii, cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. lustrum a censoribus bis conditum est: primo lustro censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLXX}}$ CCXIII ** libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam Palatinam Suburanam Collinam. *C. Flaminius censor viam Flaminiam* muniit et circum Flaminium exstruxit. coloniae deductae in agro *de* Gallis capto Placentia et Cremona.

VERZEICHNISS DER STELLEN,

AN DENEN CONIECTUREN AUFGENOMMEN SIND.

VI. 1, 8. [*iterum*] *is* Baumgarten – Crusius; iterum is. 4, 8. *Ser. Sulpicius* M.; Servilius Sulpicius. 5, 7. *C. Cornelium C. Sergium* Si.; Cn. Sergium. ib. *L. Menenium* Si.; Licinium Menenium. 6, 8. *honoratorum* A.; honoratum. 8, 7. *fugam inpediebat* edd. vv.; fuga inpediebatur od.: fuga inpediebat. 9, 9. *non tam a* H.; montana oder: non tanta. 10, 1 [*in*]*eo* Gr., ineo. 11, 1. *Cursore iterum C. Sergio iterum* Gl.; Cursore II. ib. 8. *fidem moliri* Si.; idem moliri. 13, 4. *instare* Fr. 1; stare. 18, 1. *Servius Cornelius* Si.; Sergius Cornelius. 19, 4. *nam* [*et*] A. Periz.; nam et. ib. 5. *Q. Publilius* Gl.; Q. Publius. 21, 8. *in senatu solum* Fr. 1.; in senatum solum. 22, 1. *Papirii* Fr. 1.; Papirius. 23, 6. *instruendis* Gr.; instruentem. 24, 7. [*quod*] *tot* Du.; quod tot. 27, 3. *L. Menenio* Si.; Licinio Menenio. ib. 7. *et fine* M.; et finem. ib. 10. *Gabino* IG.; Sabino. 30, 8. *a Volscis fuit* F. 2.; a Vulscis fuisset. ib. 9. *Setiam* Si.; etiam. 33, 11. *aliquanto maiore* Fr. 1; aliquanto maior. 37, 2. *plebis fecisset* Al.; plebi fecisset od. fecissent. ib. 3. *suam ipsa* edd. vv.; suam ipsam. ib. 6. *duobus nunc* ed. Ascens. 1513. M.; duobusne. ib. 8. *post* Fr. 2.; potest post. 40, 11. *Sextium illum* W.; Sextilium oder Sextium. ib. 14. *spectabitis* ed. Ascen. 1513. M.; exspectabitis. 42, 12. [*causa libenter facturos*] *fore* Madvig; causa libenter facturos fore. ib. 13. *facturos* Rost; acturos.

VII. 2, 1. *C. Sulpicio* Gl.; T. Sulpicio. 6, 4. *ad deos* edd. vv.; deos. 8, 1. *Mars belli* Si.; Mars bello. ib. 6. *ab Signinis* Crevier und Reiz; ab signis. 9, 7. *eum rumpentibus* Fr. 1.; erumpentibus. 16, 1 *scivit* [*accepit*] W; scivit accepit. 17, 6. *Rutilus* edd. vv.; utilius od. rutilius. 18, 1. *post undecimum* Gl.; post novum oder novium. ib. 2. *Empulum* Fr. 2.; eaepulum. 21, 4. *Rutilus* wie c. 17, 6. ib. 5. *una animos* Ienicke; unanimos. 22, 3. *Gaium nomen* Si.; Gaium cognomen, od. nur: cognomen. ib. 9. *reciperaturi* W.; reciperantur. 23, 6. *demitti* Si.; dimitti. 24, 6. *nolite expectare* Fr. 1.; nolite spectare. 27, 2. *Torquato* Si.; Torquato II. 29, 1 *temporum* (*spatio*) Gr.; temporum spatio. 37, 2. [*singulis*] *bubus* W.; singulis bubus. 40, 4. *haud minore* I. Perizon.; haud minor. 41, 3. *Petelino* Fr. 1.; Petelini. ib. 6. [*qui*] *ab* Gr.; qui ab. ib. *fugisset* Gr.; fugissent.

VIII. 7, 19. *ne te quidem* Gr.; nec te quidem. 8, 4. [*ordo sexaginta — habebat*] *prima* W.; ordo sexaginta — habebat prima. ib. 7.

unam quamque primam Lipsius; unamquamque primum. ib. 8. [*tribus — homines erant*] Stroth; tribus — homines erant. 9, 14. *addebantque* Al.; adderantque oder addiderantque. 11, 3. *Lanuvio* A. W. Zumpt; Lavinio. 12, 13. *cuius tum* edd. vv.; tum cuius od. tum cui. 13, 5. *ad Asturae* Sabellicus; ad saturae. 14, 6. *mille pondo* Hermolaus Barbarus; mille passum od. m. passus. 15, 9. *Publilius* Gl.; publius, ebenso 16, 12; 17, 11 *Publilium* u. a. 18, 7. *letalia* W.; vitalia od. alia. 22, 2. *Sidicinorum* Si.; segninorum. 23, 2. [*Romae conpertum*] Si.; Romae conpertum. ib. 15. *oriens* Rubenius, Dr.; *oriente*. 24, 4. *Potentiam ex Lucanis Sipontumque Apulorum et Consentiam Bruttiorum* W.; consentiam ex lucanis sipontumque bruttiorum, oder nur: ex lucanis s. b. ib. *ac Terinam* Si. Al.; acrentinam od. acerinam. 25, 5. [*patiebantur*] Gr.; patiebantur. 29, 3. *non nova* Duker; nova. 30, 3. *Q. Fabius* Al.; que fabius od. fabius. 32, 9. *singula quaeque* W. Ienicke; singulaquae. ib. 11. *iam* [*in contionem*] Scheibe; iam in contionem. 33, 3. *contentione* edd. vv.; conventione od. contione. ib. 9. *cum escendisset* Fr. 1.; escendisset. ib. 13. *interesse* Gr.; interesset. ib. 17. *nullo ad eam* edd. vv.; nullam (nullum) ad eam. 35, 8. *degressum* Gr.; digressum. 37, 5. *Aulium* Gelenius; aulum. ib. 8. *quorum ope* edd. vv.; quorum eorum ope od. quod eorum ope.

IX. 2, 4. *iam is* [*et*] W.; iam is et od. iam et is. 2, 9. *demisso* Fr. 2.; remisso. 3, 10. *res esset* A.; res. 4, 6. *mortem oppetendam* edd. vv.; mortem appetendam. 5, 9. *ad parentes* Gr.; ac parentes. ib. 13. *id inter* Dr.; inter. 6, 12. *iacere* ed. v., Gruter; tacere. 7, 13. *Aelium* Gl.; aemilium. ib. 15; 8, 1. *Publilium; Publilius* Gl.; publium; publius. 11, 4. *tum sponsio* Al.; tunc sponsio ib. 9. *hos tibi* Gr.; hosti tibi. 16, 3. *Satrici* Fr. 2.; satricae. ib. 8. [*clam*] *nocte* W.; clam nocte. 18, 12. *annalibus fastisque magistratuum* nach Th. Mommsen; annalibus magistratuum fastisque. 19, 4. [*Samnites*], *aut* Dobree; samnites aut. 20, 9. *Forento* Gr.; florento od. torento. 21, 3. *Saticulani* Si.; satricani; ebenso § 6 *Saticulae* st. satriculae. 21, 6. *Plisticam* Al.; plistiam. 23, 10. *homines* Fr. 1.; omnes. 24, 10. *incidens* Fr. 2.; incedens. 27, 4. *demittunt* Fr. 2; dimittunt. ib. *conspectum* Gr.; conspectu. ib. 7. *pedite* Gr.; pediti. 33, 3. *fatalis ad lites cum* W.; fataliscum od. fatales cum. 34, 14. *quod quaerebat* edd. vv.; quo quaerebat. 37, 12. *Cortona* M.; crotone. 38, 1. *Rutilus* Si.; rutilius. ib. 7. *obterendum* edd. vv.; obtinendum. ib. 15. *C. Iunium* Fr. 1.; iunium od. diunium. 39, 4. *habuere *** nam* Scheibe, Hertz; habuere nam. 40, 16. *argentariarum* Muret.; argentariorum. 43, 5. *vetusta gentis* Gr.; vetustate gentis. ib. 6. *semestri* (VI mestri) Th. Mommsen; bimestri. 44, 2. *Ti. Minucius* Si.; t. minucius. ib. 14. *Bovianum urbs* Crevier; bovianum ubi. 45, 1. *Saverrione* Si.; averrione.

X. 1, 7. *M. Aemilio* Si.; aemilio. 2, 5. *agros proximos — haud procul esse ostium* W.; haud procul agros proximos — esse ostium. 5, 13. *Cilnio* Gruter; Licinio. 9, 2. *Rutilus* Si.; rutilius. ib. *Publilius* Gl.; publius. ib. 12. *Cn. Domitium* Pighius, Gr.; cl. domitium. 14, 9. *augebat* edd. vv.; angebat. ib. 18. *in tempore visa* W.; tempore in se visa od. tempore improvisa. ib. 20. *maxime territos* Fr. 1.; maximeque territos. 15, 6. *duo milia DCCCC* Dr.; duo milia acccc. ib. *ferme DCCCC* Al.; ferme acccc. 18, 7. *id certum ponere* Büttner; incertum ponere. 19, 22. *DCCCC* Al.; acccc. 20, 1. *per Vescinos* Si.; per vestinos; ebenso 21, 7; 8. *Vescinum; Vescino* statt vestinum; vestino. 24, 5. *conseruisset* Gl.; conseruisset. ib. 14. *cum dimicatio* edd. vv.; tum dimicatio od. dimicatio.

ib. 17. *certe id et* Fr. 1; certe et id. ib. 18. *comitio abiit* edd. vv.; comitia habuit. 25, 10. *mobiliorem* Klock., Doujatius; nobiliorem. 26, 3. *mallet* W.; mallit. ib. 14. *quam Romano* Duker; quam romani. ib. 15. *Megellus* Si.; megillus. 29, 7. *rarisque* Hertz; verarisque rutis od. verrutis. ib. 18. *mille DCC* Dr.; mille acc. 30, 4. *deciens centena milia* (XCCCLↃↃↃ) Niebuhr; XICCCXXX oder X. CCCXXX. 31, 2. *Vescinum* Si.; vestinum. ib. *Aeserninum* Gr.; aeserniū od. aeseruniū. ib. *adiacent* Gr.; adiacet. 32, 4. *intrare* [*vastare*] Hertz; intrare vastare od. vastare. 33, 6. *DCC* Dr.; acc. 34, 3. *DCC* Dr.; acc. 36, 14 u. 15. *DCC* Dr.; acc. 37, 16. *e re publica* Gr.; res p̄. 38, 12. *nominati sunt* Al.; nominatis. ib. 13. *numerus* [*quod roboris erat*] W.; numerus quod roboris erat. 40, 7. *T. Trebonium* W.; trebonium. ib. *cum III cohortibus* Hertz; cum cohortibus. 43, 8. *DCCC* Dr.; accc. ib. 11. *e regione* M.; regionem. ib. 12. [*prope*] *temere* W.; te prope mere od. prope temere. 46, 5. *mille DCCC* Al.; co accc. 46, 9. *Vescinum* Si.; vestinum. 46, 16. *in legatione* A. Perizonius; in legationem.

BERICHTIGUNGEN.

S. 4. Anmerk. b. Z. 16. lies: 9, auf. Z. 21. L.: Gesch. S. 908. S. 17. Anm. b. Z. 3. v. u. tilge: gedacht. S. 19. Anm. b. letzte Z. L.: Etruriens, fast. S. 27. Anm. b. Z. 15. L.: *patres ius.*, durch *iubere* ist wahrscheinlich das Senatsconsult bezeichnet, nach welchem das Volk von dem sonst *bellum iubere* gesagt wird, die Unternehmung des Kriegs beschloss, s. c. 21, 3; 42, 33, 4. Z. 4. v. 4. L.: erregten. S. 45. Anm. b. Z. 3. v. u. L.: constructio. S. 46. Anm. a. Z. 7. v. u. L.: s. 3, 35, 2. S. 64. Anm. b. Z. 4. L.: Nep. 2, 5, 1. S. 66. Anm. b. Z. 9. L.: können, wurde man. S. 79. Anm. b. Z. 6. L.: quid — opus esset. S. 87. Anm. a. Z. 8. L.: Appian. S. 88. Anm. b. Z. 14. v. u. L.: kann: die. Z. 2. v. u. L.: besteht, lässt sich bei den verschiedenen Berichten der Alten, s. Dion. Hal. 6, 95; 5, 57; 6, 10; 17; Macrob. Sat. 1, 11, 5; Rhein. Mus. 14, 83, nicht mit Sicherheit bestimmen. In Folge. S. 89. Anm. b. Z. 10. L.: curulischen. S. 93. a. Z. 24. L.: saturas. S. 109. Anm. b. Z. 2. v. u. L.: der Stützpunkt. S. 129. Anm. a. Z. 11. L.: Consul diese. S. 144. Anm. a. Z. 10. L.: bringt euch. S. 158. Anm. b. Z. 5. v. u. L.: 13: *praesidiis*. S. 217. Anm. a. Z. 4. v. u. L.: nicht. S. 218. Anm. b. Z. 4. v. u. L.: 22, 1) — *permittere*.

Verlag der Weidmannschen Buchhandlung (Karl Reimer) in Berlin.

Druck von Carl Schultze in Berlin, Kommandanten-Str. 72.